GVARDAVALLIS
DE IVRE LOQVENDI.
AVCTORE

D. Ioſeph Roſſi, à Guardaualle; Squillacen. Diœceſi: Archipresbytero Ciuitatis Roſarni: Mileten. Diœceſis; Calabriæ vltrà.

Opus, in quo docetur grammatica, non vt huc vſque tradita eſt communiter à Grammaticis merè practicè, merèque ab vſu pendens: ſed ita per rationes, & fundamentaliter; vt non ſolum communes Grammaticorum errores admirantur; ſed etiam an Cicero, alijque Auctores bene locuti ſint, cognoſcitur. Et ita diſtinctè, gradatimq; proceditur in docendo; vt omni facilitate apprehendatur. Opus valdè illuminatiuum capacibus, omnibuſque eruditis forſitan haud ſpernendum.

DEDICATVM

Ill. Domino D. Caietano Caſtiglione Morello

Venetijs Apud Guarini, 1679. *Superiorum permiſſu.*

ILLVSTRISSIME DOMINE

Mihi edituro id opusculi, duo occurrerunt; alterum s. ipsi componenti, alterum verò ipsi compositioni: ne ipse s. inficiar ingratitudinis vitio, quod vitiorum omnium maximum est: & ne paruitas huius opusculi magno careat defensore: quò quis n. paruus est, eò magno indiget defensore. Quæ duo mihi præstò adfuere; cum Dominus Illustriss. Didacus Episcopus Mileti, suus auunculus, sit mihi benefactor singularis, & maximus. Et pro defensione nihil Arce, Equo, *&* Leone *aptius inuenire potuissem:* Castiglione *n. est idem ac* magna arx, *quo loco nullus locus fortior.* Morello *fuit dictũ ab equo huius coloris, cũ ille heros Nicolaus inter tot alios equites ad troianam lusionem equis ascensos, ab ipso Rege Neapolis aspiciente, præconium receperit sub hac voce* il Morello? il Morello? *& equo nihil generosius, atque ad bellum aptius.* Leo *continetur in vestris gentilibus insignibus; qui argenteus in campo rubro tenet brachio dextro ipsam arcem, auream. Nec insigniti insignibus deficiunt. Quorum dominationes, honoresq; admirabili splendore gesti: & præcipuè in seruitijs Regum Neapolis; à quibus habuerunt immunitatem, qua hodie hæc familia Morellorum gaudet, ideò hic prætermittuntur; quia volumen dedicationis esset grandius volumine compositionis; tamen ne nihil omninò. Primus, qui à Ciuitate Mediolani Consentiam se contulit, fuit Thomas; cui delata est gubernatio ambarum Calabriarum. Nicolaus fuit Vicarius Generalis Samnij. Franciscus fuit Locumtenens equitatus ecclesiastici, tempore S. M. Vrbani VIII. & oppetijt in bello Castri; & antecedenter fuit militum*

Titum tribunus armorum Cæsaris. Philippus fuit Archiepiscopus Ciuitatis Rhegij. Alphonsius fuit Archiepiscopus Ciuitatis Consentiæ : qui ipsum meum benefactorem ad Sacerdotium induxit, vt ei Archiepiscopatum renunciaret : quod non sequutum est, ex subita morte : qui hunc statum sacerdotalem ingressus, habuit à S. M. Alexandri VII. hunc Episcopatum Mileti . Lelius vester Pater, est Marchio status Vallislongæ. Et Dominatio vestra Illustriss. nepos ipsius Didaci, mei benefactoris, Episcopi huius Diœcesis, maximæ omnium huius Regni, est Vicarius Generalis : in quo cernuntur specimina suscitandi memoriam purpuræ, quam induere vestri maiores, & etiam D. Petri sedem sedere. Atque hic simul manus D S Illustriss & Reuerendiss. deliciarum huius Diœcesis, vestrasque humillimè osculans, protestor vestrum

Humil. Deuot. & Oblig. seruum
D. Ioseph Rossi

 LECTO-

LECTORI

1 IN primis deſidero te benignũ, vt hoc opuſculi animo grato, & nō in mimicę naturę pabulũ recipias. In ſecundis, veritatis amatorem, rationiſque docibilem, audientemq; Senicæ dicentis: *nil magis præſtandum eſt; quàm ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem; pergentes non quà eundum, ſed quà itur; atqui nulla res maioribus malis nos implicat, quàm quod ad rumorẽ compellimur; optima rati ea, quæ magno aſſenſu recepta ſunt; quorum exempla multa ſunt; nec ad rationem, ſed ad ſimilitudinem viuimus.*

Hic ergò ſi tu non es rationis docibilis, & amator; ſed more pecorum, antecedentium gregis ſecutor, ne legas hoc opuſculum: quia hìc docetur quà eundum, neglecta turba errantium.

Mihi fiet obiectio: *nomina ſunt ad placitum*: huic obiectioni reſpondeo, non ſolum non docere res non eſſe appellandas nomine ſuo; ſed totum meum ſtudium extat, vt propria nomina conſeruentur.

Fiet mihi alia obiectio: *in quo grammatico hoc legiſti?* r. quare ſi legiſſem apud aliquem Grammaticum crederes? vt crederes ſi alius dixiſſet primò, crede mihi, qui dico primò.

Fiet alia obiectio: *omnes grammatici dicunt hoc communiter, & tu ſolus dicis aliter?* r. qui ratione comite loquitur, comitantiſſimè loquitur; & omnes, qui ſine ratione loquuntur, omnes ſoli loquuntur.

Fiet alia obiectio: *in loquendo non adeſt ratio, ſed tantum vſus.*

vsus. Hìc respondetur, rationis te esse ignarum, falsò existimantem Auctores locutos fuisse sine ratione, ac tantum ad beneplacitum: sed ne bestiæ quidem procedunt sine ratione, i. sine aliquo naturæ ductu (licèt nō intellectuali). Nec ego doceo absolutè prima principia; quia in omni re, prima principia sunt nobis incognita; sed ea, quæ deriuationem: quare e.g. dicitur *diligo Deum: seruio Deo*. In tertijs desidero te discretum; vt consideres fragilitatem humanam in errando: humanum n. est errare: & nihil humanum perfectum. Et tandem, te, tuas benigne lector manus carissimè osculando, oro, omnes defectus expectes à me emendari, annuente Deo, in edenda

HVMANIARCA.

cur Guardauallis.

2 HOc opusculum initiatur per me GVARDAVALLIS; quia hæc est mea Patria, abs qua initium habui: & suæ Patriæ vnusquisque multum debet. Et maximè nos nostræ; quæ licèt non grandis, peperit tamen multos viros illustres: in quibus Guglielmus Sirleti fuit primo loco Episcopus Squillacen. secundo loco Episcopus S. Marci, & tertio loco S. R. E. Cardinalis, cui ob eius eximia merita, pauca suffragia defuerūt ad papatum: Marcellus Sirleti fuit Episcopus Squillacen. Thomas Sirleti fuit Episcopus Squillacen. Fabritius Sirleti fuit Episcopus Squillacen. Abbas Scipio Sirleti fuit Archiepiscopus Sansiuerinæ. Franciscus Terotti fuit Episcopus Squillacen. Patritius, Nicolaus, &

Franciſcus Rinaldi Fratres, ob eorum eximia ſeruitia militaria, fuerunt ab Imperatore Carolo Quinto electi in ſuos continuos commenſales. Ludouicus Rinaldi eorum frater fuit Secretarius ipſius Imperatoris: & traditur præterea fuiſſe Gubernator Mediolani. Thomæ eorum Patri fuerunt ab ipſo Imperatore Carolo Quinto conceſſa ampliſſima priuilegia, Vbi, præter alia, hæc verba legi, *priſtinam, & naturalem tuam nobilitatem in te recognoſcentes, eamdemque pro te, filijſque tuis natis, & naſcituris confirmamus, approbamus, & augemus*. D. Antonellus Rinaldi fuit Cappellanus Maior ipſius Imperatoris: habetque ſua priuilegia.

cur liber ſeptimus.

3 HIc tractatus de caſibus, inſcribitur per me LIBER SEPTIMVS; quia ſtatui, annuente Deo, elaborare opus grammaticale; vbi hic tractatus erit liber ſeptimus: quia *liber primus* erit de quiditate, partibus, & accidentibus grammaticæ; ipſarumque partium diſpoſitione. *Liber* 2. de nominum declinatione. *Liber* 3. de verborum coniugatione, receptaculis, modis, tẽpore, & actione, quæ fit in tempore. *Liber* 4. de concordantijs. *Liber* 5. de generibus nominum. *Liber* 6. de præteritis, & ſupinis. *Liber* 7. de caſibus. *Liber* 8. de regulis generalibus. *Liber* 9. de verborum conſtructione. *Liber* 10. de localibus. *Liber* 11. de participijs. *Liber* 12. de infinitis ſimplici, gerundio, & ſupino; & ſic deinceps.

Eruntque libri, viginti: ſinguli continentes exquiſi-

tas

tas nouas dilucidationes. Quod opus, si fiet, appellabitur HVMANIARCA: i. arca humanitatis. Et poterit etiā dici HVMANIARCHA, i. humanitatis archos: archos i. princeps. Quo nomine eam appellabo, non habens me principem, ac primum in doctrina, sed primum tractantem hanc materiam fundamentis à nemine (quem ego sciam) inuestigatis.

Quæ humaniarca edetur tribus tomis, alia s. suprema, alia media, & alia minima. *Minima* erit incipientibus, continens, mira claritate, familiarissima, ac principalia grammaticæ. *Media* erit introductis, ad succinctam recitationem, continens ferè omnes regulas. *Suprema* erit professoribus, ad omnes exquisitiones, tam rationibus apertissimè explanatas, quàm auctoritatibus plenè corroboratas.

Pro hac vice, hos duos libros, tantum obambratos edidi. Quos ideò edidi, vt eam me non faciente, faciat alius, & si eam faciam, eam faciat etiam aliquis doctior me: ego n. hanc materiam, & non aliam ideò aggressus sum, quia omnis alia professio optimis abundat auctoribus, hæc verò?

monitio ad opus.

4 PArentesi, post *Virg.* primo numero, ostenditur liber, secundo numero, ostenditur, versus: e.g. Vir. (2. 13.) i. Virgilius libro secundo, versu 13. post Cic. primo numero signatur liber epistolarum familiarium, secundo numero, signatur Epistola e.g. Cic. (14. 3.) i. Cicero libro 14. epistola 3.

Nisi

Niſi parenteſim præcedat aliquis Auctor. tūc ſi adeſt vnus tantum numerus, ſignat numerum eiuſdem libri. Si adſunt duo numeri, tunc primus ſignat librum eiuſdem operis; ſecundus verò ſignat numerum illius libri ſignati, e.g. (12. *6.*) i. libro decimoſecundo, numero ſexto: qui numerus intra parenteſim, non legitur.

cur non à principio.

5 MIreris cur ediderim librum ſeptimum, & non inceperim à principio? huic reſpondeo, me ideò hanc materiam fuiſſe aggreſſum; quia zelus eam videndi ſuis tractatam fundamentis ad apertionem intellectuum ad omnes ſcientias, me ſtimulat: atque hinc aggreſſus ſum librum ſeptimum, cùm ſit principale fundamentum grammaticæ; & niſi ſuccedat opus hoc fieri à me; forſitan non pudeat aliquem virum doctum illud aggredi, atque perficere. Nec mihi eſt illud, quod requiritur virium ad tantum opus: tamen auſus ſum aggredi; ſub ſpe, vt aliquis, cui requiſitæ vires non deſunt, inducatur ad tantum commune bonum.

Habebam in animo pro hac vice edere tantum librū ſeptimum; tamen cùm liber 12. magnam in grammatica habeat partem, me reduſſi, eum currente calamo componere, atque ſic rudem edere: qua ruditate, potuiſſem totam humaniarcā perficere paucis menſibus: ſed ad illā perficiendā requiruntur multi anni laboris.

Humaniarca habebit perfectum indicem, & inter luculentiſſimos libros, aderit pulcherrimus liber de particulis, ſecundum ordinem doctiſſimi Horatij Torſellini.

Super

Super omnia, maximum extabit ſtudium, vt ex Auctoribus eligantur auctoritates breuiores, & quæ præter grammaticalem doctrinam, contineant aliquam moralitatem, aliquodque documentum.

Expoſitores linguæ latinæ ſolent vni dictioni multas tribuere ſignificationes: & hoc, quia non loquuntur fundamentaliter (ſeu ſtipaliter, vt ita dicam): ſed ſuperficialiter (ſeu ramaliter, vt ita dicam). Ego verò vnicuique dictioni, ſuam vnicam explico ſignificationem: e.g.

ad

6 PRæpoſitio *ad* ſignat finem acceſſus. Vndè vbicũque ſignificatur acceſſus, motus, tractus, ac ductus, ſemper rectè adhibetur *ad*. Eſt autem acceſſus triplex, mentalis s. actionalis, & corporalis: e.g.

§ 2 Acceſſus mentalis e. g. Cic. *ad templum, monumentumque pecuniam decreuere*: hic mens ipſorum decernentium accedit huc: i. ad hanc factionem templi, & monumenti: *per il tempio, & ſepoltura*. Id. Cic. *ad ſtatuam pecuniam contulerunt: per la ſtatua*. Et poteſt intelligi non ſolum pro ipſa ſtatuæ factione, ſed etiam e.g. pro illius portatione, erectione, & pro quacunque alia re pertinente ad ipſam ſtatuam: quatenus s. mens ipſorum cõferentium ipſam pecuniam, accedit ad id. Id. Cic. *ne ad ea meditere: ad ea*: quatenus s. hic verificatur acceſſus, ac tractus ipſius meditationis ad ea.

Præcipuè hic adhibetur *ad*, quoties eſt ſignandus finis, ac mens agentis: quia in ipſo agente ſemper verificatur

ficatur motus ordinatus ad ipsum finem: e.g. *maneo hic ad expectationem meorum sociorum:* hic mea meus expectātis, ducitur ad aduentum meorum sociorum. Imò hic taliter intelligitur, vt aliquando taceatur. E.g. ps. 3. *quid multiplicati sunt qui tribulant me?* i. ad quid? ad quod ens? ad quem finem?

§ 3 Accessus actionalis e.g Cic. *quo vti solet ad festos dies; ad ospitum aduentum: per le feste:* quatenus s. hic actio ipsa adhibendi tale indumentum, accedit ad festos dies, & ad hospitum aduentum. Id. Cic. *vt canerent ad tibiam clarorum virorum laudes: alla piua.* quatenus s. actio laudādi, accedit ad tibiam. Id. Cic. *ad arbitrium, & nutum auditorum, totum se fingit, & accommodat: tutto corrispondente all' &c.* quatenus s. ipsa fictio, & accommodatio accedit ad ipsorum auditorum arbitrium, & nutum. Id. Cic *omnia ad voluntatem loqui, nihil ad veritatem: parlare aggiustatamente, accommodatamente alla volontà: parlar secondo la volontà.* Quatenus s. ipsa locutio accedit ad voluntatem. Id. Cic. *sed nihil ad Persium: ma niente respettiue a Persio.* Quatenus scilicet comparatio ipsa portatur ad Persium. Cæs. nihil ad equitatum tuum: *Niente appetto alla. Niente à paragone della. Non rassomiglia niente alla. Non hà chi fare per niente colla tua cauallaria Non vi è paragone &c.* e g. iniuriæ meæ in te, sunt minimæ ad tuas in me.

§ 4 Accessus corporalis, e.g eo ad Ciuitatem, ad plateam, ad Ecclesiam, &c. Cic. ad Vrbem accessi, &c.

§ 5 Quia accessus importat adiunctionem ad ipsam rē,

ād quam āccedit:hinc āliās non fignāt ipfum acceffum; fed ipfam adiunctionem, ac adhærentiam; e g. Curf. erat ad ripam fluminis ingens arbor: *alla fponda del. Cioè, al taglio della fponda &c.* Cic. habet hortos ad Tiberim. *Al tenere: cioè, à canto. A quei contorni. Conuicini. Circumuicini. &c.* Id. Cic. decem fifcos ad quendam Senatorem relictos. *Lafciati ad vn certo Senatore: cioè, lafciati appoggiati. Accomandati. &c.* Id. Cic. ad vrbem cùm effet, audiuit: *effendo à Roma: cioè, appreffo à. Al contorno di. &c.*

Ergò, *ad*, importat adnexionem ambitui rei. Quæ adnexio tam phificè, quàm mo. aliter intelligi poteft. *Phificè*, i. omninò adnexè: *moraliter*, i. etiam aliquantulum diftanter. Hìc aduerte, quod e.g. *effe in Vrbe*, & *effe ad Vrbem*: Non eft idem: quia, *ad*, fignat adhærentiam ambitui ipfius Vrbis: *in*, verò fignat interioritatem; licèt nos Itali, *al*, & *nel* confundamus. Eft ad Vrbem · *è alli contorni di Roma*. Eft in Vrbe, *è in Roma*. Et intelligitur, *dentro Roma*.

§6 Acceffus actionalis (§ 3) non folum verificatur in verbis, fed pendet & à nominibus: e.g. Cic. in loquendo multus, & ineptus ad fummam impudentiam: *a fegno di grandiffima: &c.* Id. Cic. impiger ad labores, fortis ad pericula, peritus ad vfum, & difciplinam, prudens ad confilia, fælix ad cafum, fortunamque quatenus s. actio pendens ab his nominibus, accedit aduerfus hæc.

§7 Motus, ficut à parte poft, adhæret mantioni *ad quam*, ad quam s. accedit: fic à parte antea adhæret mãtioni

tioni vndè; vndè s. incipit. e.g. *di quà à 100. anni*: hinc ad cētū annos, seu ad centesimum annum. *Indi à poche hore*; indè ad paucas horas. Et vbi tale principium non exprimitur, ibi necessariò subintelligitur: sed non est reticendum vbi clarè non constat e.g Cic. *nescio quid interſit vtrum nunc veniam, an ad decem annos* Hic obscurum est principium huius decennij· non constat n an intelligatur incipiens ex nunc, vel inceptum ab aliqua actione antecedenti: e.g. *vtrum nunc veniam, an ad decem annos* à s. tempore, quo loquuti sumus. Vndè huiusmodi locutiones, non ostenso principio, non laudo; nec sunt laudandæ, licèt omnes Auctores sic loquerentur: quia huiusmodi locutiones remanent intelligendæ potius ad collimationem, quàm ad certum sensum. Licèt hìc videtur potius intelligendum principium ex nunc, quàm ex alia actione antecedenti: *se mò, o doppo di quà à diec' anni*. Nec declaratio est fidelis, ostendendo principium certum, vbi latinè non est ostensum. Ergò hìc fideliter est dicendum: *se mò, oueramente in capo à diec'anni*, Et principium huius decennij remanet similiter nō signatum. Ergò cum dicatur e. g. ad octauum diem: dic. *à capo degli otto giorni*, *A gli otto giorni*. *all'ottauo giorno*. Et sic de cæt.

§ 8 Vis sua præpositionis *ad* est signare accessum vsque ad ipsum ambitum rei. E.g. *iui ad Vrbem*: non signat ingressum in ipsam Vrbem; sed ex vi præpositionis signatur iter tantum vsque ad ambitū ipsius Vrbis. Ac consequenter præpositio *ad* signat suapte natura quandam

affixio-

affixionem ipſi rei : e.g. erat ad ripam fluminis ingens arbor : i affixa ipſę ripæ;&c. quæ affixio verificatur fieri & tempori alicuius actionis. Hinc dicimus, e. g. *ad diem. Ad diem dictam. Al tempo prefiſſo, deſtinato, ſtabilito, &c.* e.g. Cic. (16. 12.) te muſis noſtris para, vt operas reddas, noſtra *ad diem dictam* fiant. Id. Cic. quando illa frumentum, quod debebat *ad diem* non dedit. Id. Cic. opinor eſſe in lege *quam ad diem* præſcriptiones, venditioneſque fiant, nimirum *ad calendas iunias : à chi tempo: ogni primo di Giugno* : quatenus s. actio ipſa affixionis, & verificationis accedit ad tale tempus.

§ 9 Hic aduentus accedit & ad numerum : e. g. *fin'à quanti ponno arriuare?* ad quot poſſunt eſſe? Cic. homines ad quindecim Curioni aſſenſerunt : *arriuorno attorno à 15. huomini, che acconſentiro, &c.* Id. Cic. ſane frequentes fuimus ad ducentos. *ſino à 200. arriuammo attorno à 200.*

§ 10 Dicimus *ad ſummum* : e.g. Cic. ſcias igitur fortaſſe cras, ad ſummum perendie : *alla più lunga poſdimane* : quatenus s. verificatur ductus prolungationis. Id. Cic. qnatuor ad ſummum quinque ſunt inuenti : *al più cinque* Id. Cic. (2. 1.) à te verò bis, terue ad ſummum, & eas perbreues accepi.

§ 11 Omnia membra manent ſummatim, ac reſtrictim in capite. Vndè dicitur, *in ſumma*, & *ad ſummam*; in ſignificationem capitis, ac reſtrictionis ipſius ſubſtantię: e.g. *hor'in ſomma tu chi pretendi da me? (cioè, in ſoſtanza, in riſtretto)* Hic ad ſummam quid pretendis à me? Cic. ad ſum-

summam, vt agam de singulis, communem: &c. quatenus s. itur ad ipsam restrictionem substantiæ.

§ 12 Dicimus, ad vnguem, ad dexteram, ad sinistram, ad extremum, ad postremum, ad vltimum; & sic de cæteris quomodocunque vsq; eò ostenditur actio ipsa accedere, se extendere, ac tendere. Ergò, vt dictum est, vbicunque verificatur aliquis accessus; rectè adhibetur *ad*: Chris. leuate oculos vestros, & videte regiones; quia albæ sunt iam ad messem. *Bianche da mietere: cioè gionte al termine, che son buone à mietere.*

§ 13 Præpositio *ad*, solet secum habere, *vsque* e g. Plin. musto vsque ad tertiam partem decocto: *sin'à terzo.* Sæpius verò ei subintelligitur: e.g. Id. Plin. Sophocles ad summam senectutem tragedias fecit: i. vsque ad &c. Cic. quid ijs, ad denariũ solueretur: *sin'ad vn quattrino.*

§ 14 Præpositio *ad*, signat terminum, ac finem, ad quẽ verificatur aliquis accessus. Aduerbium *quò* signat similiter terminum, ac finem ad quem verificatur aliquis accessus: e.g. Cic. quo quisque ingeniosior, hoc docet laboriosius: *quella cosa ogn'vn'insegna còn più fatica, alla quale hà più ingegno*: ad quam s. accedit ipsum maius ingenium. Quint. quæ, quo meliora sunt, eo te meliore mente nostra audire oportet: i. vsque quo extenditur, ac accedit bonitas harum rerum, vsque eò accedere oportet bonitas nostræ mentis in audiendo te. Plaut. neque n. id feci, quo tibi molestus essem: i. mea mens id facientis non accessit ad hunc finem, vbi tibi molestus essem. Hor. quo mihi fortunam, si non conceditur

vti?

vti? Ter. quo æquior sum Pamphilo: i. ad quem finē: i. huc accedit mea mens, vbi sim: &c. Cic. quarum rerum eo grauior est dolor, quo culpa maior: i. vsque ad eum terminū accedit grauitas doloris, vsq; ad quem accedit grauitas culpæ: & sic semper importat finē alicuius accessus, nisi sit ablatiuus à relatiuo *qui, quæ, quod.*

Et sicut iaculum sæpè vnico ictu verificat duplicē accessum, alterum s. quo accedit rectè, & alterum ad quē finit per reflexum, ita ad ostendendam quandam integritatem accessus actionis intensæ, reflexæ, ac enixæ, eæ duæ particulæ, *quo*, & *ad*, adhibentur vnà: e.g. *Cic. quoad potuit*: i. vsque *quo* potuit accedere eius actio, vsq; *ad* illum terminum, ac finem accessit. Cato, mihi Antonius peruenisse videtur *quo ad* progredi potuerit feri hominis amentia. i. *quo* accedere potuerit amentia feri hominis, vsque *eo* mihi videtur peruenisse Antonius.

Quibus duobus particulis ferè in vnam dictionem compositis, ad maiorem vim additur, *eius*, & fit *quo ad eius*: & intelligitur: *quo* accedere potest actio, vsque *ad* finem *eius* termini accedere: e.g. factum est quo ad eius: *si andò tant'oltre, quanto si potea andare. Tanto si è fatto, quanto si potea fare. Si fece tutto quello, che si potea humanamente fare. Si è fatto tutto il possibile.* Cic. elaboro quò ad eius facere possum, vt consilia hostium intelligam: *al maggior segno*. Id. Cic. non prætermittas *quo ad eius* facere poteris, scribere ad me. *Per quanto ti è possibile*, Id. Cic. Oratoris officium est, vt de his rebus posse dicere, quæ ad vsum ciuilem, moribus, & legibus constitutæ sunt,

 cum

cùm attentione auditorum *quo ad eius* fieri poterit.

§ 16 Dicimus, *quoad viuam*, & , *quoad moriar*, & significant idem: quia vbi finit vita, ibidem instantis verificatur mors: cùm mors sit ipsa vitæ priuatio. Vndè inter vitam, & mortem nullum datur medium: e.g. erò tibi amicus quoad viuam: i. quò accedit mea vita, seu meæ vitæ cursus, vsque eò ero tibi amicus. Ero tibi amicus quoad moriar: i. quò accedit mea mors, vsque eò ero tibi amicus.

Quo, est idem ac, *ad quem locum*, ad quem ens (lib. 7. 44 § 4.) vndè adhæret tantum verbis, vt supra: cum ergò dicatur, e.g *Quanto à me. Quanto alla tal cosa*, &c. *cioè, per quanto spetta à me*, &c. latinè non fit quoad me; quoad alios; quoad reliqua; &c. sed fit quod ad me attinet, vel spectat, vel pertinet: e.g. Cic. omnes quod ad me attinet vellem viuerent: *in quanto à me*.

Apud Doctores, & Theologos multas expertus sum quæstiones ex defectu penetrationis grammaticæ. Si humaniarca fiet, multa clarescunt. Licèt quod ad præsens ediderim, propter indigestionem, multos contineat defectus. Multisque expurgationibus, meliorationibus, ac mutationibus indigeat. Ex qua tamen rudi obũbratione, doctus lector potest cognoscere quò progressus peruenire potest Auctor si maturè pertractauerit totam grammaticam: cùm hæc sit prima accessio id non profitentis: & ad hos duos libros dumtaxat. Vale.

LIBER

LIBER SEPTIMVS

DE CASIBVS

Casus quid

1 CAsus est nominis mansio, declinationisque gradus.

Casus vndè

2 DIcitur autem casus, à cadendo; quia, cùm nomen flectatur, de alio ad alium gradum cadit. Dicitur etiam casus, quasi casa; quia casus sunt nominum mansiones.

Casus quot

3 CAsus sunt sex, primus, secundus, tertius, quartus, quintus, & sextus; quibus additur septimus.

Casus denominatio

4 A Grammaticis, prima nominis mansio, dicitur casus nominatiuus, à nomine; quia omne nomen, quod sit fundamentum orationis, in eo necessariò manet: & dicitur casus nominandi, à nominando; quia omnes alij casus nominantur ab eo: nominantur n. *genitiuus (siuè interrogatiuus,) datiuus, accusatiuus, vocatiuus, ablatiuus*; ab ipso nominatiuo interrogante, dante, accusante, vocante, auferente.

Secunda nominis mansio, dicitur casus genitiuus, siuè casus gignendi, à gignendo; quia videtur gigni à nomi-

natiuo; & dicitur casus interrogatiuus, siuè casus interrogandi; quia per eum solet fieri interrogatio: e.g. cuius est hæc res?

Tertia nominis mansio dicitur casus datiuus, siuè casus dandi; quia ei solet dari: e.g. Do tibi rosam.

Quarta nominis mansio, dicitur casus accusatiuus, siuè casus accusandi, ab accusando; vt lati⁹ infra suo loco.

Quinta nominis mansio, dicitur casus vocatiuus, siuè casus vocandi, à vocando; vt, e.g. *ò Petre.*

Sexta nominis mansio, dicitur casus ablatiuus, siuè casus auferendi, ab auferendo: vt, e.g. aufero abs te vertē.

§ 2. Per me verò secundus casus dicitur *possessiuus*, siuè *mansio, cuius*: tertius casus dicitur *adiunctiuus*, siuè *mansio, cui*: quartus casus dicitur *accusatiuus*, seu potius *constrictiuus* siuè *mansio, quam*: quintus casus dicitur *vocatiuus*, siuè *locutarius*: sextus casus dicitur *disiunctiuus*, siuè *mansio, vndè*: septimus casus dicitur *coniunctiuus*, vt latius infra.

§ 3 Et quia in oratione nullum potest dari nomen, quod non sit causa: hinc nomen ipsum, quod manet in nominatiuo, dici potest, vel *nomen, quod*, vel *causa, quæ* (io): & quod manet in genitiuo, dici potest, vel *nomen cuius*, vel *causa cuius* (cuius s. res est): & quod manet in datiuo, dici potest, vel *nomen, cui*, vel *causa, cui*, (cui s. fit adiunctio): & quod manet in accusatiuo, dici potest, *nomen, quod*, vel *causa, quam*, (quam s. ipsa causa efficiens agit): & quod manet in ablatiuo, dici potest, vel *nomen à quo*, vel *causa à qua* (abs qua s. aliquid prouenit)

uenit): & vbi non significatur disiunctio, sed coniunctio, dici potest, vel *nomen quo*, vel *causa qua*: vel vbi: e.g. vbi est Petrus? est in platea: platea est *causa vbi*; vbi s. constituitur hæc existentia Petri.

§ 4 *Causa quid, & vndè*

Est autem causa, id, quod concurrit ad aliquam constitutionem: e.g. *Do tibi rosam*: ad hanc constitutionem, i. ad constituendam hanc donationem, concurrimus *ego, tu*, & *rosa*: ita vt ex his tribus nominibus, vno deficiente, non constitueretur hæc donatio.

Ipsa verò constitutio, dicitur effectus; quia efficitur ab ipsa causa. Vndè causa, & effectus sunt correlatiua; sicut n. mulier non est mater, nisi producat filium, sic aliquid, non est causa, nisi quatenus concurrat ad aliquam constitutionem. Hinc causa traditur dici, *à chaos*: quatenus s. ab illa prima materia, processerunt omnia.

Casus rectus, & obliqui

5 NOminatiuus dicitur *rectus*: quia ab eo rectè aspectus, ac latio fertur ad alios casus: alij verò casus dicuntur obliqui; quia ab eis obliquè, ac reflexè habetur relatio, respectus, ac reflexus ad ipsum nominatiuum: e.g. è globo solari radij feruntur rectè ad opposita sibi, & ab ipsis oppositis obliquantur, reflectuntur, ac referuntur ad ipsummet globum solarem.

NOMINATIVVS.

6 FOrsitan, in edenda Humaniarca, erigam figuram casuum, causarum in eis manentium, & actionum ipsarum causarum: pro nunc scito, quod sicuti e.g.

dicitur *Ecclesia* non solum ipsa fidelium congregatio; sed etiam (ex coniunctione) ipse locus, ac templum, vti ipsi fideles congregantur: ita dicitur *nominatiuus*, & ipse locus, & ipsum nomen, quod in eo manet: & sic de cæteris casibus.

Nominatiuus est basis orationis.

7 NOminatiuus est principium, fundamentum, ac basis orationis. Vndè sicut nõ datur mẽbrũ, quod non maneat in capite; nec palmes, qui non maneat in vite; sic non potest dari oratio, nominatiuo vacante: quia nominatiuus est fundamentum orationis, & sicut nihil potest subsistere sine fundamento, sic oratio non potest subsistere sine nominatiuo.

§ 2 Et licèt aliquando oratio videatur sine nominatiuo, tamen semper adest, saltem implicitè; e.g. *curritur*: i. curritur cursus: agitur cursus vt infra in quarto; quia non potest dari actio sine agente, nec passio sine patiente, nec existentia sine re.

§ 3 Principale verò constitutiuum orationis, sunt nomen, & verbum: vt e.g. *Petrus currit*, & quia verbum procedit à nomine, non secus ac filius à Patre, & effectus à causa: ideò non potest dari verbum sine nomine, à quo dependeat: ac nascatur vel saltem aliquid in nomen adhibitum: intelligentiæ gratia.

§ 4 Quia nomen nihil aliud est, quàm sonus alicui rei applicatus ad eam demostrandam; ideò quælibet vox potest in nomen adhiberi, illam in nomen proferendo: e.g. quot *miserere* dixisti? *affatim* adhæret possessiuo.

suo. *Ob* regit accusatiuũ. Mart. *cras* istud quando venit? Cic. si vales *bene* est. Ecc. sumens illud *aue* Gabrielis ore.

§ 5 Præcipuè verò in nomen adhibetur *infinitum*: e.g. iuisse prodest: *l'essere andato gioua*: remanere non nocet. Cic. *vacare* culpa magnũ solatium est · *l'esser netto di colpa*: &c. Pert. *velle* suum cuique est: *ogn'vn hà il suo volere.*

§ 6 Adhibetur etiã in nomen, sensus alicuius partis orationis: e.g. Virg. (4. 15) si mihi non animo fixum, immotumque sederet, nec cui me vinculo vellem sociare iugali: vbi sensus huius carminis sequentis est in nominatiuum verbi. *Sederet se non mi fedesse fisso, ed immobile nell'animo il non volermi maritare con niuno.*

ego, tu, nos, vos, *quando exprimuntur.*

8 EGo, *tu, nos, vos*: vbi demostratur simpliciter actio, non exprimuntur; quia actio demostratur per vocem verbi, & non per expressionem subiecti, & hæc quatuor pronomina, habent voces verbi proprias: e.g. vos *amo* habet *ego*; vox *amas*, habet *tu*, vox amamus habet *nos*, vox amatis habet *vos*, ergò ex nulla necessitate sunt exprimenda: e.g. quid agis? scribo. Quid agitis? scribimus. Quia hic quæstio est simpliciter de actione, & non etiam de actionis subiecto.

Vbi verò quæstio est de subiecto tantum, exprimuntur sola, i. sine voce verbi: e.g. qui fecit hoc? ego. Qui locuti sunt? nos.

Si verò quæstio, nec verificatur simpliciter de actione tantum, neque verificetur simpliciter de ipsius actionis subiecto tantum, sed locutio cõprehendit vtrũ-

que, exprimuntur? e.g. tui. emptum fructus, quod ego sterno mensam? quia hic verificatur assignatio, destinatio, ac manifestatio tam subiecti, quam actionis.

quibus verbis subintelligitur nominatiuus homines

9 VErbis *aiunt, ferunt, loquuntur, memorant, prædicant, vocant, perhibent*, & cæteris huiusmodi, sæpè subintelligitur nominatiuus *homines*, e.g. sic aiunt: *così dicono: così si dice: così si và dicendo.* Ter. ita prædicant, & dicuntur verba hominum: quia tantum ad homines pertinent.

Nominatiuus quadruplex.

10 NOminatiuus est quadruplex, nempè; vel *agens*; vel *patiens*; vel *agens*, & *patiens*, & dicitur *mistus*; vel nec agens, nec patiens, & dicitur *neuter*.

Nominatiuus agens.

Nominatiuus agens, est ipsa causa agens, ac efficiens: vt e.g. ego curro, prælior, seruio, &c.

Nominatiuus patiens.

Nominatiuus patiens, est ipsa causa directè patiens: vt, e.g. ego amor.

Nominatiuus mistus.

Nominatiuus mistus est ipsa causa mista, quæ s. verificatur agens, & patiens simul; vt, e.g. *Petrus irascitur*: hic Petrus verificatur irascens, & iratus (72.)

Nominatiuus neuter.

Nominatiuus neuter est ipsa causa neutra; quæ s. nec agit, nec patitur; sed tantum existentiam constituit: vt

e.g.

e.g. sum: *sono*, vireo, *son verde*: (60. §. 2.) ergò causa quæ (4. §. 3.) est, vel actiua, vel passiua, vel mista, vel neutra.

De mansione causarum.

11 OMnes supradictæ quatuor causæ, manent in nominatiuo; quia ipse non solum est quasi casa; sed quasi patria communis omnibus quatuor præfatis causis principalioribus.

De transmigratione causarum.

12 CAusa agens, quatenus ab ea discedunt actus, migrat, in mansionem *unde*: e.g. Deus creat cuncta; à Deo creantur cuncta.

§ 2 Quatenus particula *per* est constrictiua, constructiuo adhæret: & quia significat causam (quæ est illud, à quo procedit effectus) hinc inductum est, vt causa agens (abs qua procedit actus, migret in accusatiuum cum ea: vt e.g. per Deum cuncta creantur.

§ 3 Græci non habent sextum, sed pro sexto adhibent tertium. Vndè quatenus tertius adhiberi potest pro sexto more Græcorum, causa agens potest migrare in tertium; vt e.g. Cic. auditum est mihi (i. à me) Virg. (1. 443.) nec cernitur vlli Cic. ab vllo.

§ 4 Dices ergò ad libitum; e.g. ego prælior: vel, à me præliatur: vel, mihi præliatur. Sed ne facilè vsurpes hìc tertium pro sexto: nec facilè vsurpes passiuè verba deponentia: quia tùm sub voce passiua, importent actionem; hinc locutio eorum passiuè, non solet esse tam experta; & oratio eò elegantior est, quò expertior, ac nitidior est.

§ 5

§ 5 Causa passiua non manet in nominatiuo, nisi ab eo migret causa agens: quia duæ causæ distinctè, simul & semel in eodem loco insistere non possunt; sed statim ac causa agens migrat aliò, immediatè ipsa migrat eò: cùm nominatiuus sit mansio communis omnium quatuor causarum (actiuæ s. passiuæ, mistæ, & neutræ;) & nunquam vacare possit, cùm sit basis orationis, & pater vniuscuiusque verbi, nullum n. dari potest verbum, quod non habeat suum nominatiuū, à quo dependeat, sicut filius à Patre, & effectus à sua efficiente causa, & radius ab ipso globo solari.

§ 6 Causa mista non migrat: quia in verbis mistis, idem nomen est agens, & patiens simul: vndè e.g. surgo (s. me,) vel, surgor (s. à me;) *mi sorgo, mi leuo* (72.)

§ 7 Causa neutra non migrat: quia migratio importat actionem, & in verbis neutris non datur actio (60. §. 2)

Vitium rationabile.

13 NOminatiuus est mansio principalis. Vndè cū causa agens migrat ab ea aliò; tunc licèt migratio sit rationabilis (12) tamen rationabilius dicitur e.g. *Petrus amat virtutem*, quàm *virtus amatur à Petro*: vel *per Petrum*: vel *Petro* (12 4) quia hæc oratio est indirecta; illa verò directa. Hic n. patiens, quod suapte natura est minus dignum agenti, stat in nominatiuo, qui est mansio dignior omnibus casibus; & agens, quod suapte natura est dignius, manet in casibus minus dignis.

Quæ-

Quæsitum.

14 QVare e.g. *ego diligo Deum*, dicitur actiuum; & *à me diligitur Deus*; dicitur passiuum? cùm vtrobique idem sit agens? R. nominatiuus est basis orationis, & ipse consideratur.

Nominatiui aduerbiales, siuè liberi.

15 ALiquando in oratione interuenit, & alter nominatiuus aduerbialiter positus; hoc est, qui gerit vicem aduerbij; e.g. hoc *quid* tua interest? R. e.g. *nihil, aliquid, parum, multum, plurimum, maximum*; &c. qui *nominatiui* dicuntur *liberi*; quia ipsi non sunt alligati verbo; e.g. ly *hoc* adhæret verbo *interest*, ly verò *quid* non adhæret, sed manet liberum, absolutum, ac disiunctum à verbo, stans quasi collateraliter, aduerbij officiũ fungens. e.g. *maximum* pro *maximè*, & sic de cæt. Virg. (4. 15) si mihi non animo fixum, immotumque sederet; i. nisi sederet animo fixè, & immotè.

Et aliquando ponitur aduerbium pro nomine, e. g. Cic. si vales bene est; i. si vales Bonum. est.

§ 2 *Aduerbium adiectiuum, potest conuerti in nomen adiectiuum.*

Licèt de adiectione sit agendum in libro de concordantijs; tamen hìc, non ab re, innuitur, quod sicut substantiuo, adijcitur nomen adiectiuum, ad explicandam illius qualitatem; vt e.g. Petrus est nobilis, doctus, ignarus, &c. sic verbo adijci aduerbium, ad specificationem actionis ipsius verbi.

Qualitas inhærens actioni, inhæret ei immediatè, sed

secun-

ſecundariò, & dependenter ab ipſo agente, à quo efficitur actus ipſe principalis, & ſimul ipſa actus qualitas. Hinc conſequenter, quod tribuitur actioni, licèt tribuatur immediatè; tamen tribuitur ei reductiuè ad ipſum agens, à quo procedit vtrumque. Hinc Chriſtus ait, *ex fructibus eorum cognoſcetis eos*. Talis n. eſt homo, quales ſunt eius actiones: ſicut n. cauſſa efficiens cognoſcitur à ſuo effectu, ſic agens, cognoſcitur à ſuis actionibus.

In verbis actiuis, per aduerbium ſignatur qualitas actionis; quatenus inhæret in ipſa actione; & per nomen, ſignatur eadem qualitas; ſed quatenus inhæret in ipſo ſuo agente, in quo inhæret ipſa actio.

Et quia ſpecificatio immediata eſt potior, quàm mediata; ideò potius dicitur e.g. precamur humiliter, venerunt feſtinanter, præliantur ſtrenuè, loquitur ſuperbè, ſeruit fideliter, ſtudet vehemens, currit velociter; & ſic de cæt.

Et quatenus habetur relatio ad ipſum agens, ſemper huiuſmodi locutio fieri poteſt per nomen; e.g. precamur humiles, venerunt feſtinantes, præliantur ſtrenui, loquitur ſuperbus, ſeruit fidelis, ſtudet vehemens, currit velox, & ſic de cæt.

Vbi verò non verificatur inhærentia in ipſo agente, ſed potiùs adhærentia ipſi agenti; ibi quia potiùs ſpectat ad ipſum agens quàm ad ipſam actionem, ibi ideò potiùs fit correſpondentia ipſi agenti per adiectiuum nomen e.g. potius dicitur, *ambulat armatus*; quam *ambulat armatè*. Potiùs, *venit onuſtus*; quàm, *venit onuſtè* & ſic de cæt.

Aduer-

Aduerbia verò, quæ, nec inhærentiam in ipso agente, nec adhærentiam, vt supra, ipsi agenti important; sed disiunctim permanent; non possunt mutari in nomē adiectiuū; quia huiusmodi non sunt adiectiua; sed substantiua; vt sunt aduerbia localia, e.g. venit huc: i. in hunc locum. Discessit hinc: i. ab hoc loco: & sic de cæt.

Dixi supra, *in verbis actiuis*; quia in verbis actiuis, ostēditur agens esse tale in illa actione; e.g. *Petrus amat fideliter*, seu *fidelis*: i. Petrus est fidelis in amando: i. in ipsa actione amandi: sed non asseritur esse talis absolutè. Per verbum verò *sum es est*; non ostenditur substantiuum esse tale signanter ad aliquam actionem; sed ostenditur esse tale absolutè: e.g. Petrus est bonus.

Passiuè verò, etiam vbi, verificatur inhærentia, non videtur facilè adhibendum nomen; sed lepidè aduerbiū: e.g. *à vobis curritur velociter*, potiùs, quàm, *velocibus à te dicitur pensatè*, potiùs quàm, *pensante*: & sic de cæt.

En, Ecce.

16 IN aduerbijs demostrandi, *en ecce*; quatenus rem videmus, ac demostramus, dicimus, *en rem: ecce rem*. Plaut. en regulas. Cic. ecce miserum hominem: *eccolo il meschino*. Quatenus verò res videtur, ac demostratur, dicimus; *en res: ecce res*. Cic. en causa. Id. Cic. ecce noua turba.

Aduerbia *en, ecce*; solent secum habere nomen *cui*, cui s. res demonstratur: Plaut. en tibi hominem: *eccotilo*. Cic. ecce tibi Sebeus: *eccoti Sebeo*.

Articula, *lo, la, li, le*: anteponuntur nomini, ad distinctionem

ctioné casuum (70.) antepoſita verò verbo, verificantur, pronomina; e.g. *lo ſtimo, la ſtimo, li ſtimo, le ſtimo*: eum æstimo, eam æstimo, eos æstimo, eas æstimo. Poſtpoſita verò, proferuntur coniunctim, e.g. ſtimolo, ſtimola, ſtimoli, ſtimole.

Cùm res oſtendetur tam repentè; tunc aduerbio *ecce*, inſeritur pronomen, ita vt, vnico verbo, proferatur aduerbium, & pronomen rei quæ oſtenditur: e.g. eccū, *eccolo*: eccam, *eccola*: eccos, *eccoli*: eccas, *eccole*. Cùm verò res, quæ ſic de repente apparet cernitur longè; tunc dicimus: ellum, *eglulo*: ellam, *eglila*: ellas, *eglili*: ellas, *eglile*. Eccum n. oſtendit rem præſentem: e.g. eccū, *eccolo quì*. (i. ecce eum, de quo loquebamur.) ellum: *eglilo la*: (i. ecce illum, de quo loquebamur.

Quæ voces, *eccum, eccam, eccos, eccas*: *ellum, ellam, ellos, ellas*. Quia pronunciantur ſic repentinò, ita, vt planè illa ſubitatio, eas conſtringit; ideò ſemper in conſtrictiuo pronunciantur. Nomen verò, quod ſequitur, etiā in eodem caſu concordare debet: e. g. Ter. ſed eccum Parmeonem: *ma eccolo quì, Parmeone* Viues; ſed eccu Præceptorem: *ma eccolo quì il Maeſtro*. Et quatenus nomen ipſum, profertur poſt illam primam ſubitationem conſtringentem; poteſt etiam in nominatiuo proferri; quatenus s. demoſtratur, ac videtur: e.g. Plaut. eccum Iuppiter: *eccolo, Gioue*. Sed hæc conſtructio tantum videtur habere locum; cum nomen ipſum profertur diſtinctim ab illa prima vehementi, ac intenſa prolatione; ſed poſt, remiſsè, & adiunctiuè ad maiorē explicationē.

Vti-

Vtimur aduerbio *ecce*, non solum in subitatione apparentiæ rerum, de quibus actu loquimur; sed etiam in alijs subitaneijs superuenientijs: e. g. Virg. (2.212.) ecce autem gemini à Tenedo tranquilla peralta. (horresco referens) immensis orbibus angues, *ed eccoti* &c. Ouid. ecce Corinna venit. Cic. ecce autem de transuerso Cæsar, vt veniam ad se, rogat. *Ed eccoti per tanto*: &c.

GENITIVVS seu potius POSSESSIVVS

Possessiuus quid.

17 SEcundus casus est mansio *cuius*; quia semper cuius res est ostendit: e.g. cuius est hæc res? vndè potiùs *possessiuus*, quàm genitiuus est appellandus.

Genitiuus quotuplex.

18 SEcundus casus est triplex, actiuus, passiuus, & simplex. *Actiuus* est, quando ipse demostratur agens; e. g. redemptio Christi: qua s. Deus prouidet, *passiuus* est, quando ipse demostratur patiens; e.g. redemptio generis humani; qua s. fuit redemptum genus humanum: timor Dei; quo s. Deus timetur *possessiuus* [sim]plex est, quando simpliciter ostendit possessionem; e.g. regnū Dei; quod s. Deus possidet, habet, tenet, &c.

Nomina constructionis.

19 NOmina totius constructionis grammaticalis, sunt quinque: *possessio s. adiunctio, constrictio, disiunctio, & coniunctio* quælibet n. significatio importat, *vel* possessionem, *vel* adiunctionem, *vel* constrictionem, *vel* disiunctionem, *vel* coniunctionem.

Regula generalis constructionis.

20 IN construendo diligenter attendendū est, quod sit nomen *cuius*, quod nomen *cui*, quod nomen *quod*, quod nomen *vnde*, & quod nomen *vbi*, vel *cum* (4. §. 2. & 3.) quia quatenus aliquod nomen, verbum, aduerbium, præpositio, interiectio, importat possessionē, possessiuo; & quatenus adiunctionem, adiunctiuo; & quatenus constrictionem, constrictiuo; & quatenus disiunctionem, disiunctiuo; & quatenus coniunctionem, coniunctiuo adhæret; vt infra latiùs suis locis. Quæ regula est ante omnia mente tenenda.

Possessio quid.

21 RES coniunctæ habentur, possidentur, ac tenentur inter se: quia e.g. si ego sum coniunctus tibi, consequenter tu es coniunctus mihi. Possessio est coniunctio inter rem possidentem, & rem possessam. Vndè non datur possidens, quin possideatur: e.g. *diuitiæ diuitum*: quas s. diuites possident, habent, &c. & è contrà, quæ possessores habent ipsos diuites.

§ 2 Nomina verbalia duplicem habent possessorem, antecedentem s. & sequentem: vt e.g. *timor Dei*: quem s. ipse Deus possidet ab ipsis timentibus: & quem ipsi timentes possident ad Deum.

Ens vndè.

22 SICUT à verbo, quod importat actionem, venit nomen actionale; e.g. *à prælior præliaris*, venit *præliatio præliationis* (lib. 8. reg. 2. §. 5.) cuius æquale est *prælium prælij*. Sic, à verbo substantiuo, *sum es est*, venit

nit nomen substantiuum, *essentia essentiæ*, & eius æquale est *ens entis*, *ente: cioè l'essere di ciascuna cosa*. Res n. nihil est, quàm nomen generalissimum vnius cuiusque entis. Sicut n. ens entis, *è l'essere di ciascuna cosa*, sic, res, rei, *è il nome di ciascuno ente.*

§ 2 *Ens quotuplex.*

Ens duplex est, positiuum s. & negatiuum: ens positiuum, ac affirmatiuum est illud, quod affirmat positionem; vt e.g. *panis, scientia*, &c. ens verò negatiuum est illud, quod negat positionem; vt e.g. *defectus, peccacatum*: & similia.

§ 3 *Possessio duplex.*

Possessio duplex est, affirmatiua s. & negatiua: *affirmatiua* est illa, quæ affirmat positionem; vt e.g. Petrus est peritus literarum; i. possidet literas: *negatiua* verò est illa, quæ negat positionem, vt e.g. Petrus est imperitus literarum; i. non possidet literas. Hic significatur possessio negatiuè, ibi verò positiuè, ac affirmatiuè.

POSSESSIVVM POST NOMEN.

23 Omne nomen, quaten' possessionem importat, possessiuo adhæret, licèt alijs rationibus adhæreat & alijs casibus; e.g. Cic. (4. 8.) neque monere te audeo *præstanti prudentia* virum; neque confortare *maximi animi* hominem. Dixit; *virum præstanti prudentia*, quatenus considerauit coniunctionem (quocum s. est coniuncta præstans prudentia:) dixit; *hominem maximi animi*; quatenus considerauit possessionem (qui s. possidet maximum animum:) sed ibi poterat dicere: *Virum*

pstanti prudentiæ: & hic;*hominē maximo animo.* Et sicde cæt.

Possessiuus substantiæ diuersæ.

24 DVorum substantiuorum, substantiæ diuersæ, alterum possidens, in possessiuo locatur: vt e.g. libertus Pompeij (quem s. Pompeius habet, possidet facultates Crassi, quas s. habet possidet Crassus.) Spes salutis (quam s. salus habet.) Periculum vitæ, (quod s. habet vita.) Domus Petri) quam s. habet, possidet Petrus.)

Qui possessiuus, dicitur, possessiuus substantiæ diuersæ; quia e.g. alia substantia est Petrus & alia est substantia domus, quam possidet Petrus.

Possessiuus substantiæ eiusdem

25 AD ipsum nomen principale, possunt in oratione, accedere multa alia nomina: e.g. potest accedere, vt Petrus sit Poeta, vt sit orator, vt sit miles, vt sit Imperator, & sic de cæt. & quia ipsum principale, possidet sua accessoria; ideò quatenus sit idem, in eodem casu concordat; & quatenus possidet, in possessiuo locatur.

§ 2 Nomen proprium, quatenus sit idem cum suis nominibus accessorijs, in eodem casu concordat: e. g. Antonius Capitaneus. Luterus Diabolus. Iudas traditor. Petrus Princeps: &c. & quatenus possidet, in possessiuo locatur: e.g. Capitaneus Antonij Diabolus luteri; traditor Iudæ. Princeps Petri: & sic de cæt.

§ 3 Nomen appellatiuum principale, possidet alia appellatiua accessoria; & quatenus sit idem, in eodem

casu

casu concordat: e.g. Patriarcha Angelus. Dominus Christus: &c & quatenus possidet, in possessiuo locatur: e.g. Angelus Patriarchæ. Christus Domini. Luc. 2. nisi prius videret Christū Domini: *il Christo del Signore.*

Qui possessiuus substantiæ eiusdem, potest dici, possessiuus emphaticus, quia pronunciatur, emphasis caussa. Hic n. Luca sic dixit, ad ostendendam magnitudinem rei, quæ contingit fortunatissimo Seni Simeonis!

§ 4 Quatenus nomen substantiuū sit idem cum suis adiectiuis, in eodem casu cum illis concordat; e.g. Lucretia pulchra. Cicero eloquentissimus: & sic de cæt. & quatenus possidet, in possessiuo locatur: sed quia adiectiuum per se subsistere non potest, nisi adijciatur substantiuo; ideò dicitur e.g. pulchrum Lucretiæ: *il bello di Lucretia*: i. pulcrum ens Lucretiæ æloquentissimum Ciceronis l'eloquentissimo di Cicerone, i. eloquentissimum ens Ciceronis. *Boccaccio: si risero del cattiuello di Calandrino,* riserunt improbulo Calandrini: i. enti improbulo Calandrini: 29. §. 8.)

§ 5 Sed, vt capiatur ratio huius possessiui substantiæ eiusdem: sciendum est; quod essentialitates ipsius rei, non exprimuntur: quia intelliguntur: verum si aliqua de causa exprimantur, sunt præferendæ: quia constitutiuum, est dignius constituto; & dignius debet præcedere e.g. *il ragioneuole huomo.* Rationalis homo. *Il sensitiuo animale* sensitiuum animal *L'ardente fuoco*: ardens ignis. *Le oscure tenebre:* obscuræ tenebræ, & sic de cæt. nomina verò accessoria, ac disiunctiua, sunt posponenda;

da; quia ipsum principale debet præcedere, & accessoria accedere: e.g. Cicero altus, pulcher, orator, Imperator, & sic de cæteris.

§ 6 Aliquando verò, ad ostendendum, tale nomen accidentale, ac accessorium, possideri, quasi essentialiter, vel tanquam proprietas, anteponitur instar essentialitatum, & proprietatum: vt e.g. eloquentissimus Cicero Ciuitas Roma. Prouincia Italia. Insula Melita. Flumen tiber. Mẽsis Maius. Arbor sijcomorus. Christus Dominus.

§ 7 Et aliquando, ad maiorem emphasim i. maiorem expressionem, non solum fit huiusmodi antepositio; sed præterea, ipsum possidens, in possessiuo eleuatur: e.g. eloquentissimum Ciceronis (§. 4.) Prouinciæ Italiæ. Insula Melitæ. Flumen tiberis Mensis Maij. Arbor Sycomori Christus Domini, & sic de cæt.

§ 8 Ergò ex regula ordinaria, dicitur. Roma Ciuitas. Melita Insula. Italia Prouincia. Tiber Flumen. Sycomorus Arbor. Calandrinus improbulus. Dominus Christus, &c. & *eleuatius* Ciuitas Roma. Prouincia Italia, &c. & *eleuatissimè*. Ciuitas Romæ. Prouincia Italiæ; & sic de cæt.

§ 9 Qui possessiuus emphaticus, est adhibendus discretè; ne intelligatur pro possessiuo substantiæ diuersæ. Ergò ibi, eum adhibe, vbi cognoscitur, vel ab ipsa locutione emphatica, vel quia sumus in re cognita: e.g. *il moralissimo di Seneca*: moralissimum (§. 4.) Senicæ. *Il Salmista di Dauide:* Salmista Dauidis. *Il Sapiente di Salomone*; Sapiens Salomonis, & sic de cæt. *Pos-*

Possessiuus continentis, & contenti.

26 QVatenus vnumquodque continens, possidet suum contentum, possessiuo adhæret · vt, e.g. in medio plateæ: *nel mezzo della piazza*. Quia platea possidet hoc suum medium contentum à suis confinibus, ac ambitu, & quatenus e.g. hoc medium, confunditur, & consideratur vnum cum toto suo ambitu, in eodem casu concordat; vt e.g. in media platea: *à mezzo la piazza*. Virg. (i. 323.) cui Mater media sese obtulit obuia sylua. Id Virg. in medijs fluctibus: *à mezzo l'onde*.

Et quatenus vnumquodque contentum, possidet suũ continens, possessiuo adhæret: vt e.g doleum vini. Seria olei. Clumena nummorum: &c. quæ contenta, & similia, tunc in possessiuo locantur, cum continens, ostendatur seruiens, e.g. mandraouium: quatenus s. oues ipsæ, possidēt, ac habent ipsam mandram suo vsui, ac seruitio. Verum vbi non respicitur id seruitium, ac vsus; sed respicitur simpliciter ipsa continentia: ibi cõtinens, quatenus continet, possidet; & quatenus possidet, possessiuo adhæret, e.g. *li danari della borsa*. Nummi clumenæ: quos s. continet clumena i. reperiuntur in clumena. Sic homines mundi. Pisces maris. Oues mandræ. Vinum dolei. Oleum seriæ, &c.

Possessiuus omnietatis, seu comprehendentis.

27 OMnes e.g. homines, constituunt omnietatem hominum (i. genus humanum.) Omnia animalia, constituunt omnietatem animalium. Sic omnes vulpes. Omnes mulieres. Omnes Ciuitates. Omnes

Catholici. Omnia flumina. Omnes gallinæ: & sic de omni alia omnietate, & quælibet omnietas, suas possidet, i. comprehendit singulas comprehensas partes: e.g. omnietas hominum, possidet singulos homines; i. vnumquemque hominem. Quæ partes, quatenus sunt eiusdem speciei, in eodem casu concordant cum ipso numero: e.g. vnus hebræus. Duo mancipia. Tres mulieres. Quatuor gallinæ, & sic de cæt.

Et quia omne comprehendens, suas possidet partes comprehensas; ideò, quælibet omnietas, quatenus possidet suas singulas partes, possessiuo adhæret: e.g. vnus hebræorum (i. vnus hebræus hebræorum.) Duo mancipiorum. Tres mulierum. (vel entaliter, tria mulierum:) dic ergò e.g. vel *sedebant supra montem*: vel *sedebat supra vnum montium*, & sic de cæt.

Vbi aduerte, quod, vt possit verificari possidens, & possessum, requiritur, vt de ipso numero, ac omnietae, de qua loquimur, saltem remaneat vnum; quia aliter non verificaretur numerus maior, qui comprehendat numerum minorem, ac inferiorem: e.g. si omnes Sacerdotes huius Ciuitatis sunt triginta; & nos loquimur de his nostris tantum, non potest dici, *triginta Sacerdotum*. Sed, *viginti nouem sacerdotum*: vel infra.

Imò, quia quodlibet totum, suas possidet partes, possessiuo adhæret: e.g. libras carnis. Pes bouis. Tertia pars domus, & sic de cæt.

Vbi, quatenus fit deductio, ac separatio ab ipso numero, ac toto; separatiuo adhæret; e.g. *vnus vestrum*, vel

vel, *vnus ex vobis*. *Pauci illorum*: vel, *pauci ab illis*. *Libra carnis*, vel etiam *libra ex carne*: & sic de cæt.

Possessiuus post nomen verbale.

28 OMne nomen verbale in *or*; vt amator amatoris. Vel in *ix*; vt amatrix amatricis. Vel in *ans*; vt amans amantis, seù in *ens*; vt legens legentis: possessiuo adhæret: e.g. Cic. Ciues amantes Patriæ: *Cittadini amanti della Patria*: (quos s. Patria possidet amantes.) Tac. ferens laborum. (quem s. labores possident ferentem.) Cæs. fugitans litium: (quem s. lites possidet fugitantem.) Virg.(2.272.) & ipse doli fabricator Epeus: (quem s. ipse dolus possidet fabricantem.) *Ed esso Epeo fabbricator dell'inganno. Ed esso Epeo, quale fù quegli, che fabbricò l'inganno*, & sic de cæt.

Digressio ad concordantiam adiectiui.

29 VVt intelligatur possessiuus entis, digrediendū est ad concordantiam adiectiui, & præsciendum est, quod aliud est ipsum ens, (22.) & aliud est ipsum nomen, quod imponitur ipsi enti: quodlibet n. ens, etiam sine nomine, esset idem; quia nomen est dūtaxat, quid additum, ad specificationem diuersarum entium; e.g. illud ens, cui fuit impositum nomen. *panis*, esset idem, etiam si aliud, vel nullum haberet nomen. Hinc sciendum est, quod.

Concordantia adiectiui duplex est.

§ 2 Concordantia adiectiui duplex est, entis s. & nominis. Concordantia nominis, seù nominalis est, cùm fiat adiectio ipsi nomini entis, e. g. voluntas nobilissi-

ma, mens velocissima, vir fortis, nummi desiderati, &c. concordantia verò entis, seu entalis est, cùm fiat adiectio ipsi enti subintellecto; e.g. voluntas nobilissimum, i. voluntas ens nobilissimum; sic mens velocissimum, Vir forte, nummi desideratum, & sic de cæt. Virg. dulce satis humor: i. humor ens dulce satis. Id. Virg. varium, & mutabile semper fœmina: i. fœmina ens variũ, & mutabile: *la femina è vario, e mutabile: cioè, la femina vn'ente vario, e mutabile: cioè, l'essere della femina è varia, e mutabile:* & est idem ac, *la femina è varia, e mutabile:* quia nomen nihil addit ipsi enti, sed tantum specificat ipsum ens ab alijs entibus.

Persæpè verò adhibetur expressum dumtaxat ipsum adiectiuum: e.g. *vestir di corto:* indui breui: breui s. enti. vbi ens est ipsum indumentum. *Si conosce dall'esterno:* cognoscitur ab externo: ab externo s. ente. Vbi ens est ipsa exterioritas. Siuè in excelso, siuè in profundo: i. siuè in excelsitudine, siuè in profunditate, & sic de cæt. (§. 5.)

Entis nominatio generalis.

§ 3 Quia *res* est nomen generale cuiuscuiusque entis, ideò ad hibitum mutatur in *rem*; e.g. vel dicitur entaliter: est facillimum: *è facilissimo.* Vel dicitur *nominaliter:* est res facillima: *è cosa facilissima:* est fas, *è lecito:* vel, *è cosa lecita.* Est nefas, *è illecito,* vel, *è cosa illecita.* Est opus, *è necessario, vel, è cosa necessaria,* e.g. Cic. õnia sũt parata: i. õnia ẽtia sunt parata, vel nominaliter, õnes res sunt paratæ. Aristotilis, omnium terribilium terribilissimũ est mors:

di tut-

di tutti li terribili, il più terribile è la morte. i. omnium entium terribilium, ens terribilissimum est mors. vel *nominaliter*: omnium rerum terribilium, res terribilissima est mors. Quint. tutissimum ergò penitentiæ confessio; i. confessio penitentiæ est ens tutissimum: vel, *nominaliter*, confessio penitentiæ est res tutissima; & sic de cęt.

Entis nominatio specifica.

§4 Quia *ens* est nomen trascendens; i. comprehendens vnamquamque rem; ideò non solum potest nominari pe suum nomen generale *res rei*; sed per quodcunque nomen specificum; pro vt verificatur in vnoquoq; loco e. g. *id cognoui ex eodem verborum*. i. ex eodem ente verborum: ens verò verborum, & est ipse sensus verborum; ipse tenor verborum: ergò dici potest: *lo conobbi dall'istesso senso; dall'istesso tenore delle parole*. Cic. (2.1.) in omnibus rebus tuis, meis *optatis* fortuna respondet: (optatis s. entibus) *alli miei desiderati*: sed quia ens desideratum, verificatur desiderium; ideò rectè dicitur: *alli miei desiderij*. Apost. omne *datum* optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descendens à Patre luminum. (*Datum s. ens*) ens verò datum, appellatur *donum*. Dic ergò hìc: *ogni donatiuo ottimo, ed ogni dono*, &c. quid huc venisti? *ad quid* est idem ac *ad quod ens*: ens autem, ad quod operatur ipsum agens, verificatur finis ipsius agentis: ergò dic per nomen specificum: *à che fine. per qual fine. per qual causa sei venuto quà?* Curs. Rex vltima Hyrchaniæ penetrauerat. (Vltima s. entia) *gli vltimi della* &c. sed quia vltima entia Hyrchaniæ, appel-

lantur

lantur *partes confines*, oræ: ideò rectè dicitur *l'vltime parti*; *gli vltimi confini*; *l'vltime falde*; & sic de cæt.

Ergò concordantia entalis explicari potest tripliciter, nempè, vel entaliter, e.g. Virg. (i. 4) at nunc horrentia Martis; *ma mò gli orribili* (seu *le orribiltà*) *di* &c. vel nominaliter genericè, *l'orribili cose di*, vel nominaliter specificè, *l'orribili battaglie di*, &c. quia hìc loci, *entia* verificantur *prælia*.

Vndè ipsum nomen generale *res rei* (22.) potest explicari dupliciter, vel sic s. generaliter, vel specificè; prout res ipsa, ibi loci verificatur; e.g. Cic. (11.) omnes rem ad Pompeum deferri volunt. Hìc loci *res ipsa* est restitutio Regis in regnum suum; ergò dìc, vel per ipsum nomen generale, *che la cosa sia data*, &c. vel per ipsum nomen speciale, *che là restitutione*; *che la carica di restituire il Rè, sia &c.*

Aliquando tamen explicetur specificè tantum; quia s. ibi nomen ipsum generale *cosa* non est in vsu apud italos; e.g. ter. habuit rem cum vxore aliena: *coito*; *copula*. Id. Ter. est ad rem auidior: *è molto auido alla robba*; *all'interesse*; *all'auanzare*.

Et aliquando explicatio entalis, & nominalis genericè, est elegantior explicatione specifica; vbi s. euitatur replicatio eiusdem verbi; e.g. *egli mi disse molte villanie*, (ed io per questo) vel (ed io per questa cosa) *mi alterai*; ipse me affecit multis iniurijs, (*& ex eo*) vel (*& ex ea re*) succensui. Potius, quam *ex ijs iniurijs*.

Et quia quò breuior est dictio, eò elegantior est locutio,

cutio. Hinc quoties euitatur dictio longior, & sensus clarè apparet, semper elegāter vtimur breuitate *res rei.* e g. loqui ab re: *à sproposito.* Aggredi rem: *impresa.* Quia omne ens, quod aggredimur, verificatur, *impresa*, & sic in cæteris.

Entis subintellectio in adiectiuis neutris.

§ 5 Omnibus adiectiuis neutris dupliciter vtimur *entaliter s. & nominaliter*. Nominaliter quando adijciuntur nomini, e.g. mancipium nigrum, mancipium bonum, mancipium fidele, mancipium meum: &c. *entaliter* verò est quando ipsis adiectiuis, subintelligitur *ens entis*, e.g. nigrum nigri, *il nero.* (i. ipsum ens nigrum) bonum boni, il buono il bene Fidele fidelis, *il fidele*. Meum mei, *il mio*, (i. meum ens, mea substantia.) Tuum tui, *il tuo*. Suum sui, *il suo*. Nostrum nostri, *il nostro*. Vestrum vestri, *il vostro*. Suum sui, *il loro*: Maturatum ti, *il maturato*. Amatum ti, *l'amato*. Amarum ri, *l'amaro*. Angustum sti, *l'angusto; lo stretto* Augustum ti, *l'augusto; il largo*. Latinum ni, *il latino*. Niuatum ti, *l'anniuato*. Comestibile lis, *il comestibile*. Cultum ti, *il colto*. Incultum ti, *l'inculto*. Et sic de cæt.

E. g. satum sati, *il seminato*. Virg. dulce *satis humor*. Nouum vi, *il nuouo*. Cic. adhuc nihil *noui audiuimus*. Salutare ris, *il salutare*. Script. iubilemus Deo, *salutari nostro*. Proprium pij, *il proprio*. Scripr. in propria venit, & sui eum non receperunt. Tranquillum lli, *il tranquillo*. Ter. qui te ad scopulum è tranquillo inferat, & sic de cæt. *nominaliter* ergo dicitur, e. g. causa actiua est illa, quæ

quæ agit. *Entaliter* verò dicitur; causa actiua est illud, quod agit, & sic de cæt.

Adiectiuum materiale entaliter positum, est idem ac ipsa materia abs qua deriuantur; sed videtur comprehendentius; quia refertur ad ipsum ens, & ipsum ens e.g. argenteum, comprehendit argentum non solum factū; sed & signatum, & infectum, ac qualitercunque specificatum; sed argẽtum ti, refertur verè ad argentum factum; ergò argenteum argentei, est ipsum ens argenteū; ipsa substantia argentea, ipsa materia argentea; *l'argenteo*. Terreū terrei, *il terreo*. Ligneū lignei il ligneo. E.g. in indumentis nostris mortalium, quod *linei*, herba; quod aurei, terra; quod *lanei*, exuuiæ pecudum; quod *sericei*, viscera vermium; *quelche vi è di lineo, è herba*; &c.

Vnum vnius; *vno; vn solo*. Alterum rius; *l'altro; il secondo*. Aliud alius; *altro*. Solum lius, *solo*. Totum tius; *tutto*. Vllum llius; *alcuno*. Nullum llius; *niuno*. vtrum trius; *chi di due?* Neutrum trius; *ne l'vno, nè l'altro*. Alterutrum trius; *o l'vno, o l'altro*. Duo duorum; *due*. Tria trium; *tre*. Hæc italicè solent explicari nominaliter per *res rei*; e.g. Vnum, *vna cosa*. Vnius, *di vna cosa*. Vni; *ad vna cosa*; &c. e.g. tria me reduxerunt facere hoc; *tre cose mi ridussero fare ciò*; &c.

§ 6 *Fas, Nefas, & Opus.*

Imò aliqua adiectiua semper adhibentur *entaliter*, i. substantiuè; e.g. à verbo *faris*, habemus nomen *fas*, & *nefas*, & à verbo *oportet*, habemus nomen *opus*, quæ tria nomina sunt indeclinabilia, & possunt dici, *adiectiua*

entis,

entis; quia non adhærent, nisi substantiuo *ens entis* subintellecto; *fas* n. est idem ac *ens fabile*; i. ens, quod potest fari, i. quod licet fari. *Nefas*, est idem ac *ens non fabile*; i. ens illicitum fari. *Opus*, est idem ac *ens necessariũ*; ens verò necessarium, est idem ac, *necessitas*. Vnde e.g. *mihi est opus nummorum*, vel *nummis*; est idem ac, *mihi est necessitas nummorum*, vel *nummis*, & *mihi sunt opus nummi*; est idem ac, *mihi sunt necessitati nummi*.

§ 7 *Ens contentum nomina substantiua entalia.*

Aliqua nomina possunt dici, *nomina substantiua entalia*, quia eatenus sunt substantiua, quatenus habent ens contentum; e.g. *nihil*, est idem ac nullum ens. *Quid?* est idem ac, *quod ens?* & sic eius composita; *quidnam*; *quidpiam*; *quidque*; *quiddam*; *aliquid*; *ecquid*; *nequid*; *siquid*; *quidcunque*; *quidlibet*; *quiduis*; *vnumquidque*; *ecquidnam?* i. ecquod nam ens? & sic de cæteris. Ea ergò nomina, quæ continent substantiuum, *ens entis*, dicuntur, *nomina substantiua entalia*. Adiectiua verò quibus semper subintelligitur substantiuum, *ens entis*, vt ipsis nominibus, *fas*, *nefas*, & *opus*, dicuntur, *adiectiua entis*. Ad differentiam illorum adiectiuorum, quæ sunt communia tam substantiuo nominali, quàm entali, vt supra § 5. ergò datur substantiuum nominale, vt, e.g. *Deus*, & substantiuum entale, vt e.g. *quid*, & datur adiectiuum entis, vt e.g. *fas*, *nefas*, & *opus*; quatenus s. nunquam adijcitur nomini; sed semper ei subintelligitur, *ens entis*, & adiectiuum entaliter positum; vt e. g. altum alti.

§ 8 *Possessiuus entis subintellecti.*

Quia *ens entis* est nomen substantiuum; ideò quatenus possidetur, possessiuum regit, e.g. pulchrum tui vultus. (sic, venustus actionum; *il vago dell'azzioni*. fœlix meorum dierum; *il felice delli miei giorni*. Viride camporum; *il verde de' campi*. Rubrum labrorum; *il vermiglio delle labbra*. Altum cæli; *l'alto del Cielo*. Profundum maris; *il profondo del mare*. Dulce mellis; *il dolce del miele*. Et sic de cæteris adiectiuis neutris. Imò vbi deest nomen abstractum, liberè vtimur adiectiuis neutris; quia adiectiuum neutrum exponitur per nomen substantiuum abstractum; e. g. *clarum solis*, est idem ac *claritas solis*. Ergò cùm non adsit e.g. *intimitas tis*, dic *intimum intimi*. e.g. intimum cordis; i. intimas cordis. *Floridum ætatis*, pro *floriditas ætatis*. Ergò dic e.g. vel dulce mellis, vel dulcedo mellis. Et quia, esse dulce, nihil aliud est, quàm habere, ac possidere in se dulcedinem: ideò *dulce mellis* est idem ac *dulce mel*. Ergò vel dicas, *album faciei*, vel albedo faciei, vel alba facies; & semper est idem. Luca, notum sit vobis, quoniam gentibus *missum est* hoc *salutare Dei*, i. hoc ens salutare Dei; & est idem ac si dixisset, *missus est hic salutifer Deus*.

Eiusdem expositionem habent, etiam pluraliter; e.g. tacita suspisionum; vel, taciturnitates suspicionum; vel, tacitæ suspiciones. Abdita rerum; vel, abditæ res. Ardua rerum; vel, arduæ res. Vitalia rerum; vel, vitales res. Et sic passim, præsertim apud Poetas, & Hystoricos, Agel, omnia rerum humanarum; i. omnes res huma-

humanæ. Virg. strata viarum; *li battuti delle vie*; i. entia strata viarum; i. viæ stratæ (29.) *vie battute*. Id. Virg. (2.791.) ponè subit coniux, ferimurque per opaca locorum; *per gli ombrosi de' luoghi*, i. per opaca loca. Eccl. inter missarum solemnia; *tra le solenni delle messe*; i. inter missarum solemnitates. Vel, inter missas solemnes, & sic de cæt.

Quando singulariter, & quando pluraliter sunt efferenda, nomina generalia.

§9 *Ens* est nomen appellatiuum; omne nomen appellatiuum est generale; & sub vnoquoque nomine generali, continetur totum suum genus; quia genus, non constituitur pluralitate; sed ipsa generatione specifica ab alijs generationibus; e.g. homo est alia; i. diuersa generatio, ac natura à generatione e.g. vulpium; & sic generatio vulpina est alia generatio à generatione, e.g. equorum, & sic de cæteris. Vndè sub singulari nomine, *homo*, comprehenditur ipsa generatio, ac natura humana. Sub singulari nomine *equus*, comprehenditur ipsum genus equorum; i. comprehenduntur omnia sua indiuidua; i. singuli *equi*; nam quilibet homo dicitur indiuiduum generis humani; quilibet equus dicitur indiuiduum generis equini, & sic de singulis nominibus appellatiuis vndè.

Quatenus consideratur genus; adhibetur numerus singularis; quia genus sub sua indiuidua, cum in vnoquoque indiuiduo, verificetur perfecta generatio; itaut si vnus dumtaxat homo generatus fuisset, tamen genus

nus humanum verificaretur non secus ac verificatur in omnibus hominibus Quatenus verò deuenitur ad indiuidua, & ad accidentalia particularia indiuiduorum, adhibetur numerus pluralis; e.g. Con. Trid. Vicarius in spiritualibus, & temporalibus; *Vicario nei spirituali, & temporali*; quatenus s. deuentum est ad considerationem materiarum spiritualium accidentaliter inter se diuersarum; sed quatenus omnis materia spiritualis, est ens spirituale inter se non differens essentialiter; dicitur; Vicarius in spirituali, & temporali; *Vicario nello spirituale, e temporale*. Id. Con. Trid. in propria reuerti. *Nei proprÿ*; quatenus s. fuit considerata diuersitas entium proprìorum; & sub vno nomine plurali comprehendenda; *propria*; i. in propria entia; s. in proprias regiones; in in proprias Ciuitates; in propria oppida; in propria rura; in propria domus; & ad quidquid aliud locorum, (vndè)

Particulariter vtimur adiectiuis, *entaliter*, & non *nominaliter*, quatenus res est ostendenda indeterminatè; e.g. Christus in consecratione sui corporis, dixit; *hoc est corpus meum*. i. *hoc* ens, quod vobis ostendo, *est corpus meum*; quia in principio præfatæ formæ, adhuc non erat corpus suum, vt ostenderet corpus suum; nec voluit ostendere ly *ens* esse panem. Vndè in consecratione sanguinis, cum dixerit; *hic est calix sanguinis mei*; nisi ostendisset calicem; dixisset; *hic est sanguis meus*, i. *hoc ens est sanguis meus*; & ostendendo calicem poterat etiam dicere per aduerbium *hic est sanguis meus*; i. in hoc calice

est

est sanguis meus. Et sic aduerbium credo esse intelligendum ly *hic* in passione conscripta per Mattheum.)

Liu. *subita belli*. Id. in certa fortunæ. Dixit singulariter; *belli:* &, *fortunæ*; quatenus respexit ipsum genus bellicum, & fortuneum; i. ipsam naturam bellicam, & fortuneam; & dixit pluraliter, *subita*, & *incerta*; quatenus s. respexit diuersitatem accidentalem ipsorum indiuiduorum subitorum, & incertorum; sed ibi poterat dicere; *bellorum*, & *fortunarum*; respiciendo s. indiuidua; i. omnia bella, & omnes fortunas; & hic poterat dicere; *subitum*, & *incertum*; respiciendo s. ipsum genus. Ergò variatur huiusmodi constructio; e. g. *ibo per opaca loca*; (& ita adiectiuè solent loqui Oratores) vel, *ibo per opacum locorum*; vel, *ibo per opaca locorum*; imò.

Quatenus prædictum adiectiuum ponitur entaliter; & quatenus ens, & nomen sunt, aliquo modo, duo; hinc concordantia adiectiui admittit coniunctionem, *&*, interpositam (in eodem tamen casu) e.g. ibo per opacũ, & loca. *Insigne per le macchie d'oro*. Virg. maculis insignis, & albo. Sed hæc constructio est potius scienda, ne ignoratur, quàm vt imitetur; cùm perfectior contractio sit, *insignis maculis albis*, Ergò concordantia adiectiui potest efferri quatruplici modo; e. g. 1. tacite suspiciones; 2. tacitum, seu tacita suspicionum; 3. taciturnitates, seu taciturnitas suspicionum; 4. tacitum, seu tacita, & suspiciones. Vel etiam, taciturnitas, seu taciturnitates, & suspiciones.

Præcipua adiectiua Oratorum, quæ ponuntur entaliter.

§ 10 Adiectiua verò, quæ sæpè ab Oratoribus ponuntur entaliter, præcipua sunt; *plus, multum, plurimũ, tantum, quantum, minus, minimum, summum, extremum, vltimum, postremum, dimidium, obscurum, profundum*; e.g. Cic. tantum vbi, & potionis est adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur; i. tantum ens cibi, & tantum ens potionis. *Tanto di cibo, e tanto di beuanda*; &c. & est idem ac, tantus cibus, & tanta potio. Id. Cic. Terentia impertit tibi multũ salutis. Id. Cic. vident quãtum auctoritatis in te sit. Liu. Albano non plus animi erat, quàm fidei; i. non erat maior animus, quàm fides.

Maior solet mutari in *plus*; *magnus* in *multum*. *Maximus* in *plurimum*. *Paruus*, & *pauci* in *parum*. *Pauciores* in *minus*. *paucissimi* in *minimum*. *Vt in tantum*. *Quot* in *quantum*. *Nullus* in *nihil*. Cic. (ad Q. fr. lib. 3. ep. 3.) me illa cura sollicitat, angitque vehementer, quod dierum iam amplius quinquaginta interuallo, nihil à te, nihil à Cæsare, nihil ex istis locis, non modo literarum, sed ne rumoris quidem affluxit.

§ 11 *Quid, & eius composita.*

Vt dictum est in principio huius numeri; aliud est ipsa substantia, & aliud est ipsum nomen, quod imponitur ipsis substantijs, vt alia specificetur ab alia. Vndè ipsum nomen, & ipsa substantia, quatenus concreantur in vnum, in eodem casu concordant; e. g. quis miles? cuius militis? cui militi? &c. quæ mulier? cuius mulieris? &c. Et

Et quatenus ipsum nomē consideratur quoddā aliud ab ipsa substantia, ac possidens hanc ipsā suā substantiā, seu ens, inquiritur per *quid*; e.g. quid mulieris, est illud? i. quod ens mulieris est illud? ergò e.g. vel dic, *entaliter*. quid militū est illud. *Chi di soldati è quello? cioè, chi ente, chi essere di soldati è quello?* inquirendo s. principaliter ipsam substātiā; vel dic, *adiectiuè*; qui milites sunt illi? e.g.

Zac. cap. 9. quid bonum Domini? & quid pulchrum eius? nisi frumentum electorum; *chi è il buono del Signore? e chi è il suo bello? se non che pane degli eletti*; i. quid est bonum ens Domini? & quid est pulchrum ens eius? nisi, &c. & est idem ac, *quid est bonus, & pulcher Dominus*, nisi, &c. Ter. (eua. att. 3. sc 4.) quid hoc hominis? qui est hìc armatus; *chi d'huomo è questo? il quale, &c* (& etiam poterat dicere; *quid hoc hominis? quod est hìc armatū*. Non concordando cum ipso nomine, *homo*; sed cum ipsa essentia *ens*. (Id. Ter. quid mulieris Vxorem habes? i. quā mulierē Vxorem habes? Viues, quid hominis est istud? *chi huomo è costui?* sic adhærent possessiuo, *quidquid*, quidnam, & cætera composita (§. 7.)

Quod, & eius composita.

§12 Sicut adhæret possessiuo, *quid*; cum suis compositis, sic adhæret, *quod* cum eisdem compositis dictis in §. 7. Cic. quod auri, quod argenti, quod ornamentorum fuit? *chi d'oro, chi d'argento, chi d'ornamenti ci fu? cioè, chi sostanza d'oro, chi sostanza d'argento, chi sostanza d'ornamenti ci fu?* vel dic adiectiuè, quod aurum, quod argentum, quæ ornamenta fuerunt? sic eius composita; *quodnam*; *quidpiam*, &c. vt in §. 7.

Præcipuè adibentur entaliter ab Oratoribus, pronomina neutra.

§ 13 Præ cæteris adhibentur entaliter ab oratorib', pronomina neutra: *hoc, istud, illud, ipsum, id, idem*; e. g. Cic. hoc ad te literarum dedi; i. hoc ens literarum, & est idem ac adiectiuè, *has literas*. Id. Cic. res est eodem loci, quo reliquisti; i. in eodem ente loci: & est idem ac adiectiuè: *in eodem loco, quo, &c. nell'istesso stato, che la lasciasti*. Tac. nec *id* nobis *virium* erat; i. nec id ens nobis virium erat: *nè noi haueuamo ciò di forze*, & est idem ac adiectiuè, nec nobis eæ vires erant; *ne noi haueuamo tali forze*. Sal. ita ad hoc ætatis à pueritia fuit: i. ad hanc ætatem: *fin'ad hoggi*. Virg. (i. 81.) tu mihi quodcunque hoc regni; i. hoc ens regni: *quest'essere di regno*, & est idem ac adiectiuè, *hoc regnum. Così come à questo regno tu me lo doni, e tu, &c.* Sic, e.g. cognoscitur ex eodem verborum; i. ex eisdem verbis. Et etiam potest dici, ex eisdem verborum, sed hic numerus singularis est potior, respiciendo s. genus §. 9.

Idem.

§ 14 Pronomen, *idem*, quatenus consideratur adiunctio huius identitatis, adiunctiuo adhæret; e.g. Sal. faciunt idem maioribus suis: *fanno l'istesso, che li loro maggiori*. Horat. inuitum, qui seruat, facit idem occidenti; *fà l'istesso, che chi l'occide*. Sed Cicero e.g. dixit: *quem non pudebat facere idem, quod tu*. Et non dixit, *facere idem tibi*; quia huiusmodi locutio est æquiuoca: potest n. intelligi, *fanno l'istesso alli loro maggiori*, & ab æquiuoco est lo-

quẽti cauandũ. Dic ergò: faciunt idẽ, quod maiores sui. Faciunt idẽ, ac maiores sui. Faciunt idẽ, atq; maiores sui. Faciunt idẽ, qui maiores sui. Faciunt idẽ vt maiores sui.

POSSESSIVVS POST ADIECTIVVM.

30 OMne nomen adiectiuum, quatenus possessionem importat, possessiuo adhæret, licèt alijs rationibus adhæreat & alijs casibus, e.g. *prius*: quatenus possidet priuationem, possessiuo adhæret: e.g. priuus amicorum. Quatenus verò consideratur disiunctio, disiunctiuo adhæret: e.g. priuus amicis. *Similis*, quatenus possidet similitudinem, possessiuo adhæret: e.g. sum similis tui: i. tu possides me similem, vel tu possides similitudinem meam. Quatenus verò consideratur adiunctio similitudinis, adiunctiuo adhæret: e.g. sum similis tibi. *Plenus*; quatenus possidet plenitudinem, possessiuo adhæret: e.g. vas plenum aquæ. Quatenus verò consideratur coniunctio aquæ cum ipso vase, coniunctiuo adhæret: e.g. vas plenum aqua.

Ille e.g. est doctus literarum, qui possidet literas: & è contrà, quem literæ possident doctum. ille est ignarus litterarum, qui possidet ignorantiam litterarum; & è contrà, quem litteræ possident ignarum. Ille est peritus alicuius rei, qui possidet peritiam talis rei, & è contrà quem talis res possidet peritum. Ille est particeps talis rei, qui possidet participationem talis rei, & è contrà, quem talis res possidet participem. Ille est tenax talis rei, qui possidet tenacitatem talis rei, & è contrà, quem talis res possidet tenacem, & sic de cæt.

POSSESSIVVS POST POSSESSIVA.

31 A Genitiuis *mei*, vel *mis*; *tui*, vel *tis*, *sui*, vel *sis*, *nostri*, vel *nostrum*; *vestri*, vel *vestrum*; *sui*, vel *sis*; formantur, *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester*, *suus*; quæ dicuntur, *pronomina possessiua*; quia important possessionem, & dicuntur, *deriuatiua*; quia deriuantur ab ipsis genitiuis primitiuorum. Quæ cum sint adiectiua concordant cum suis substantiuis in genere, numero, & casu: e.g. *res mea*, *tua*, *sua*, *nostra*, *vestra*, *sua*. Vbi antiqui dicebant; *res mei*, *tui*, *sui*, *nostri*, *vestri*, *sui*. antiquiores verò dicebant, *res*, *mis*, *tis*, *nostrum*, *vestrum*, *sis*; e.g. Boet. secundum *sui* vim; pro, secundum *suam* vim.

Cum quibus vtimur primitiuis.

32 HOdiè tamen vtimur, non raró, primitiuis, post genitiuum in *ius*; vt e.g. *vnius*, *solius*, *ipsius*, &c. Cic. (2.6.) eam autem vnius tui studio me assequi posse confido, vale; i. studio tuo vnius.

Possessiuus post pronomina deriuatiua.

33 QVia pronomina possessiua deriuatiua *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester*, *suus*, important ipsos genitiuos primitiuorum, *mei*, *tui*, *sui*, *nostri*, *vestri*, *sui*. (à quibus deriuantur) ideò, cùm post ipsam concordantiā possessiuorum deriuatorum, sequitur aliud nomen, tale nomen concordat cum ipsis genitiuis primitiuis contentis, non secus ac si expressa adhiberentur; e.g. *amo l'azzioni vostre, giouani nobili*; amo actiones *vestras* iuuenum nobilium, non secus ac si dixissem, amo actiones *vestri* iuuenum nobilium.

No-

Nomen verò, quod sequitur ipsam concordantiam pronominum possessiuorum deriuatiuorum; vel est *substantiuum*, & concordat substantiuè; vel est *adiectiuum*, & concordat adiectiuè, vel est *participium*, & similiter concordat adiectiuè.

Possessiuus nominis substantiui, post possessiua deriuatiua, e.g. Cic. quod meam legem contempserit, hominis inimici; (ac si dixisset, *legem mei, hominis inimici.*) Plin. post iudicium *tuum* hominis eruditissimi (ac si dixisset, *post iudicium tui hominis*, &c.) *doppo il giudizio tuo, huomo eruditissimo. (come se hauesse detto) doppo il giudizio di te huomo, &c.*

Possessiuus nominis adiectiui, post possessiua deriuatiua, e.g. Cic. qui *vestris* paucorum respondeat laudibus. (ac. si dixisset, *vestri*, vel *vestrum* paucorum:) *alle lodi di voi pochi*. Id. Cic. contentus ero *nostra* ipsorum amicitia, *dell'amicizia di noi stessi*.

Possessiuus participij, post possessiua deriuatiua, e.g. Ouid. flesti, & *nostros* vidisti flentis oculos; *piangesti, e vedesti i nostri (cioè li miei) occhi, che piangeuo*. Id. Ouid. cur *tua* polliciti pondere verba carent? (ac si dixisset; *tui polliciti,*) sed participium sæpius resoluitur, e.g. cur tua verba carent pondere, qui pollicitus es, loqui verba ponderosa? Cic. omnia sunt *mea* culpa commissa, qui putabam, &c. & non dixit, *putantis*.

Credo etiam omne aliud possessiuum deriuatiuum, ex eadem ratione, posse habere huiusmodi genitiuum, e.g. equus pompeianus, ditissimi, i. equus Pompeij ditissimi, (qui s. est ditissimus.) D 4 *Ver-*

Verbale duplicis significationis.

34 OMnes casus obliqui (5.) ferè sunt passiui, e.g. recordor tui: seruio tibi: amo te. &c.

Nomen verbale abstractum, est duplicis significationis, actiuè s. & passiuè; *actiuè* s. respectu agentis, *passiuè* verò respectu patientis; e.g. *ego amo te*: hìc oritur amor inter me amantem, & te amatum, & ab vtroque nostrum possidetur hìc amor: à me quidem actiuè, quia amo, à te verò passiuè, quia amaris, à qua possessione vtriusque partis, oritur ambiguitas, qui nam possideat actiuè, & qui nam possideat passiuè. *Recordor vestri*: inter me, & vos oritur recordatio; quam recordationem vtrique nostrum possidemus; ego quidem actiuè; vos verò pasiuè. Ad quam ambiguitatem tollendam, fit, vt sequitur.

In nominibus duplicis significationis, pro significatione passiua, vtimur primitiuis *mei, tui, sui, nostri, vestri, sui*. Pro significatione verò actiua, vtimur deriuatiuis *meus, tuus, suus, noster, vester, suus*; e. g. *amor mei*; quo s. ego: *amor meus*, quo s. ego amo, e.g. Christus passus est amore nostri, & non amore nostro. *Per amor di noi, e non per amor nostro: cioè, per l'amor, che esso portaua à noi, e non per l'amor, che noi portauamo à lui*. Cic. Auiam tuam, scito, desiderio *tui* mortuam fuisse; *per lo desiderio di te, cioè, per lo desiderio, che hauea ella di te*. Virg. (2.601.) quid furis? aut quônam *nostri* cura recessit? *la cura di noi*. *Quale deue hauer di noi, verso noi*. Cic. amorem *meum* erga te perspicere potuisse: *l'amor mio verso te*. *L'amor, che io porto à te*.

Non

Non solum ipsum nomen verbale, solet esse duplicis, significationis, sed etiam omne aliud, quod sit idem ac *dilectio: memoria* est idem ac *recordatio*. Plan. me impulit *tui* charitas, qua s. te diligo, *l'amor di te: cioè, l'amore che ti porto.* Quia obliqui important passionem, (34.)

Aliquando venit exprimendum, & possessiuum deriuatiuum: e.g. Cic. Niceas *tua*, *sui* memoria delectatur: *della memoria sua di te. Della memoria, che tu gli conserui.* Id. Cic.(12.17.) grata mihi vehementer est memoria *nostri tua*: *la memoria tua di noi. Che conserui verso noi.*

Quando non vtimur deriuatiuis.

35 QVando verò substantiua significant partē generalem animi, vel corporis: vt e.g. *dimidiū, residuum, aliquid, nihil, multum, plurimum, quidquam, reliquum*, & similia, vtimur primitiuis, *mei, tui, sui, nostri, vestri, sui*; e.g. Cic nullam partem *me*, amisi; *di me: della mia persona. Cioè non hò perso, ne memoria, ne mano, ne piede, ne altro.*

Ita docet doctissimus Emmanuel; (lib. 2. cap. 14. præc.4. §.2.) sed ego sensio, huiusmodi possessiuos, nō esse possessiuos primitiuorum; sed substantiuorum, *meū, mei, tuum, tui*, &c. (29. §. 5.) quæ licèt principaliter comprehendant ens bonorum, tamen etiam ens personæ includere possunt: sed quanquam possint includere ens personę, tamen cum supradictis nominibus, *dimidium, residuum, reliquum*, &c. vix referuntur ad personā. Ergò e.g. *amisi dimidium mei*: non significat, *hò persa la metà della mia persona*, vt docet ipse Emm. sed significat,

hò per-

ho perso la metà del mio. Cic. Critoni nostro non persuasi, me hinc auolaturũ, nec quidquam *mei* relicturum. Hìc non significat, non relinquere manum, vel pedem, vel aliud suæ personæ; *ma del suo*. *Cioè del suo hauere*. Ter. tetigi, nè *tui* quidquã? *toccai io forsi qualche cosa di tuo*. Cic. vereor, ne nil *tui* sim imitatus; *di tuo*. *Cioè, delle tue azzioni, delli tuoi motiui*. Quia licèt e.g. *tui*, principaliter respiciat ens, bonorum: tamen etiam comprehendit ens actionum, morum, &c. & etiam personæ; sed vix. vndè ego potius dicerem; nihil *meæ personæ* amisi, quàm *mei*. Ad tollendam ambiguitatem. Nisi in claro e.g. Cic. cui proposita est conseruatio sui, necesse est huic partes quoque sui cariores esse, quò perfectiores sint.

Nostrum, & vestrum.

36 NVmeralia: vnus, duo, &c. primus, secundus &c. singuli, bini, &c. *partitiua*: aliquis, vterque, &c *comparatiua*, partitiuè posita, maior minor, &c. postulant *nostrum, & vestrum*, & non *nostri, & vestri*, e.g. Cic. nolo singulos *vestrum* excitare. Liu. qui primus *vestrum* osculum matri tulerit. Cic. domus vtriusque *vestrum*. Sic maximus natu *vestrum*; vel *nostrum*: &c.

Numeralia, ideò adhærent possessiuo; quia numerus maior possidet; i. comprehendit, ac continet numerũ, e.g. potest dici: *vndecim Apostolorum*: quia numerus duodenarius, continet, ac possidet numerum vndenariũ, & infra. Sed non potest dici: *duodecim Apostolorum*: quia omnes Apostoli fuerunt duodecim; itaut non remaneat numerus maior, qui possideat; i. comprehendat, ac contineat

tineat hunc numerum duodenarium, & necesse est, vt verificetur possidens, & possessum, i. comprehendens, & comprehensum.

Cùm verò non respiciatur numerus continens,& cõtentum, sed ens,& nomen, tunc nomen impossessiuo locatur: eg. *tria hominum*; i. tria entia hominum,& est idẽ ac, *tres homines*. Potest etiam dici *tria homines*; i. tria entia homines, & sunt substantiua continuata.

Ergò si respiciatur numerus, dicitur, e.g. *vidi tres mulierum*, i. vidi tres mulieres mulierum, vel tres ex mulieribus. Vbi verò non respiciatur numerus comprehendens,& comprehensum; dicitur, eg. vidi tres mulieres, vel, tria mulierum, vel tria mulieres.

Omnium.

37 GEnitiuus, *omnium*, copulatur ferè cum pronominibus, *nostrum*, & *vestrum* e.g. Cic. ab *omnium nostrum* adolescentia. Id. Cic. voluntati *vestrũ omnium* parui, & non dixit. *Nostri*, & *vestri*.

Raro cum pronominibus deriuatiuis. Liu. cogor *vestrã omniũ* vicẽ vnus cõsolari. Cic. *in nostro omniũ* fletu lacrymã nullã aspexistis, i. *vestrum omnium*, *nostrum omniũ*.

SECVNDVS POST VERBVM.

38 IDemmet verbum, quatenus possessionem importat, possessiuo adhæret; licèt alijs rationibus adhæreat, & alijs casibus; e g. quatenus possideo recordationem Petri, & Petrus possidet recordationem meam; dicitur, *recordor Petri*. Quatenus verò mea mens, ac recordatio comprehendit, ac constringit

Pe-

Petrum, constrictiuo adhæret (56.) e.g. *recordor Petri.*

Sic e.g. *Studeo*. Quatenus alicuius rei, studium habemus, ac possidemus, possessiuo adhæret, e.g. Cic. (3. de nat. Deor.) qui te nec amet, nec studeat *tui*, i. nec studium habeat tui: *ne habbia cura di te*. Quatenus verò consideratur alicui rei applicatio, ac applicationis adiunctiuo adhæret, e.g. Cic. cui gloriæ, cui virtuti studes? i. studium impendis, ac es applicatus:

Quatenus verò consideratur, quod intellectus noster ipsam rem discurrat, agat, recolat, ruminatque ad capturam, ac constringit, constrictiuo adhæret: e.g. Cic. qui si *nihil aliud* studet, nisi *id*, quod agit, &c, Id. Cic. cum litteras studere incipit, tunc est Epicureus. Id. Cic. vt illud ipsum, *quod* studet, tacere possit ornatius. Id. Cic. vnum studetis omnes. Ter. horum ille *nihil* egregiè studebat.

Et quatenus studium impenditur in aliqua re, adhæret coniunctiuo, e. g. Gello si quis in ea re studebat, i. studium impendebat.

Et quatenus studium impenditur contra aliquem, aduersus aliquem, vel in aliquem, dicitur; studere contra aliquem, aduersus aliquem, & in aliquem, e.g. fab. Poetæ, & Pictores in id ipsum student, vt sciant.

Et quatenus consideratur in nobis studium ipsum, ponitur absolutè, e.g. Cic. student, in eodem genere laudis, excellere; *si studiano: s'ingegnano: si sforzano: si sollecitano, &c.*

sum

sum es est.

39 IDeò *sum es est* dicitur verbũ substãtiuũ, quia dicit *ens*(22.) vndè quaten⁹ subintelligitur ẽs possessu, possessiuo adhæret, e.g. sũ decẽ ãnorũ, i. sum ens decem annorũ, quatenus s, hi decẽ anni possident hoc ens, *me.* Sen. nõ curare mala sua nõ est hominis non ferre nõ est viri. i. non est ens, *non è cosa di*, &c. Cic. cùm in Sicilia sextertiorum duorum tritici modius esset, *essendo il moggio del frumento di due sestertij; cioè, valendo, andando à due*, &c. Id. Cic. Senatus pluris emisset, quàm quanti esset annona. *Più del prezzo corrente.* Vbi e.g. ly *quanti* est possessiuus ly entis *annona*. Vbi ergò non adest nomen, ibi subintellige *ens.* Et intellige illud, vt dictũ est n. 29. §.4.

SECVNDVS POST ADVERBIVM

40 ALiqua aduerbia, quatenus important possessionem, possessiuo adhærent, e.g. *affatim*, possidet affluentiam. *Abundè*, abundantiam: *sat*, vel *satis*; satietatem: *nimis*, nimietatem: *parum*, paucitatem: *instar*, similitudinem. Ergò causam, &c.

E. g. Plautus: tibi diuitiarum affatim est, *tu hai ricchezze in abondanza*, i. tu habes ens diuitiarum affatim, i. tu habes diuitias affatim. Quint. satis abundèque pœnarum est, i. ens pœnarum. *Vi sono trauagli à bastanza, e di vantaggio.*

Sal. satis loquentiæ, prudentiæ parum: *assai di loquacità, di prudenza poco, assai loquacità, e poco senno.* Virg (2.15.) ædificant equum instar montis, *à similitudine di*, &c. quatenus s. hic mons equi, possidet hanc similitudinem

mon-

montis. Cic. nimis insidiarum adhiberi videtur, *troppo d'insidie, par che si facci*. Id. Cic. virtutis ergò, *per causa del valore*. Virg. illius ergò venimus. *Per lui: per causa sua*. Quorum aduerbiorum genitiuus regitur à nomine substantiuo, *ens entis*, in illis subintellecto, vel contento, quia e.g. causa est ens: similitudo est ens, & sic. de cæt.

Aduerbia localia.

41 ADuerbia localia signant ens vnà cum pronominibus demostratiuis, e.g. *vbi*? i. in quo ente? *hic*; i. in hoc ente; *hinc*, i. ab hoc ente: *hac*; i. hoc ente: *huc*; i. ad hoc ens, & sic de cæteris, & quia quælibet res, est ens (22. consequenter, *aduerbia*, quæ communiter dicuntur, *localia*, referúntur, non solum ad ipsum ens, solum terræ, sed ad omne quodcunque aliud ens: siuè persona verificatur, siuè tempus, siue quidquid (vide n. 44. § 4.) e.g. M.V. vnde hoc mihi, *Onde? Onde? da doue? cioè, da qual'ente? da qual causa? da qual cosa? da qual ragione? da qual luogo? principio? fondamento? pianta? merito?* &c. Virg. (1. 10.) genus *vndè* latinum, *onde*, i. à quo ente, *cioè, dal quale Ente*. Id. (1. 84.) hæc *vbi* dicta. *Douè, cioè, nell'istesso tempo, nell'istesso instante*. Id. Virg. (2. 208.) *hic* aliùd maius miseris, multòque tremendum objicitur magis, atque impronida pectora turbat. *Quì, cioè, hor'vn'altra cosa maggiore.* &c.

Quia quælibet pars designata, verificatur ens distinctum, & quia minor pars comprehensa, possidetur à maiori parte comprehendente, ideò quoties aduerbia localia designant partem aliquam contentam, ac pos-

sessam,

sessam, possessiuo adhærent, e.g. Papa non potest adesse vbique christianitatis; *in ogni parte della*, i. in qualibet parte christianitatis, quam s. comprehendit, ac possidet christianitas,& quia quælibet pars est ens; ideò genitiuus aduerbiorum localium, regitur à nomine substantiuo *ens entis* subintellecto, ac designato.

E.g. quò Diœcesis recessit Episcopus? vbi corporis, habes vulnus? Apul. vbique itinaris, *douunque del viaggio*, i. in quacunque parte itineris, in quacunque parte, quam comprehendit, ac possidet iter. Liu. quò amentiæ progressi sitis? *à chi segno di pazzia, siete trascorsi?* Id. Liu. eò consuetudinis adducta res erat, vt porta aperiretur: *à tal segno di, che*, &c. Curs. hùc malorum ventum est; vt exclamem. *à questo segno di mali si gionse, che*, &c.

Qui genitiuus, vel est partis, vt hìc supra; vel est totius, vt dictum est numero 29. e.g. Tac. *est hìc viciniæ.* Potest intelligi, *est in hac parte viciniæ*; *& in hac vicinia*. Ter. commigrauit huc viciniæ, *venne ad habitare à questo vicinato, à questa ruga.*

Loci.

42 ADuerbia localia signant *ens* genericè (41.) & ideò ad specificationem, solet addi genitiuus, e.g. vbi loci, i. in quo loco, vbi caussæ, i. in qua caussa, vbi temporis, i. in quo tempore. Qui genitiuus nō variat; sed tantum specificat, addendo nomen ipsi enti (29.)

Loci, & locorum.

43 ADuerbia localia important locum, locus est ens, locus,& ens, sunt nomina generalia, nomina

nomina generalia sub singularitate comprehendunt totam pluralitatem sui generis (29.§. 9.) vndè aduerbiũ locale comprehendit etiam pluralem, e.g. *hic*, i. in hoc loco, vel in his locis, *istic*, i. in isto loco, vel in istis locis, *illic*, i. in illo loco, vel in illis locis: *ibidem*, i. in eodem loco, vel in eisdem locis, & sic de cæteris. Vndè ad distinguendum alterum ab altero numero, solet addi, *loci*, & *locorum*, e.g. *hic loci*, i. in hoc loco. Hic locorum, i. in his locis, & sic de cæteris aduerbijs localibus, tam status, quàm motus.

Genitiuum, & *terrarum*.

44 PRo *locorum*, ponitur *gentium*, & *terrarum*, quia, & hæc loca adsignificant; cùm gentes locum occupent, sed ponuntur quadam emphasi longinquitatis. Cic. vbinam gentium sumus? *vbi Domine sumus?* ò Signore, e doue semo? Id. Cic. vbique terrarum sunt? *in qualunque parte del mondo sono?* Plaut. vbiubi est gentium? Id. Plaut. quò gentium fugiam? Tac. iturum quòquò terrarum?

§ 2 Aliqua aduerbia, re ipsa, localia, vulgo videntur non localia, quia vulgus refert locum dumtaxat ad solum terræ: sed locus refertur tam ad personam, quàm ad tempus, quàm ad quodcunque aliud ens (41.) vndè sequentia aduerbia, localia censenda sunt, & possessiuo adhærent, quia in his possessio verificatur, e.g.

§ 3 Tunc temporis, i. in illo ente temporis, i. in illa parte temporis, in illo spatio temporis, quia ly *tunc* signat partem illam temporis, & pars temporis verificatur

tur locus (41.) quia verificatur capacitas (§. 4.) in ipso tempore: *all'hora. In quel tempo*. Interea loci: *fra questo spazio. In questo mentre*. Postea loci; vel postidia loci: *di poi. Doppo di ciò*. Indè loci: *indi. Di là in poi*. Adhuc locorum: *sin qui. Sino à questi tempi*. Cic. tu longè gentium abes: *tu sei in parti molto lontane* Plaut. quando gentium? *Quando mai? Quando al mondo?* minimè gentium? *non è mai il vero? mai al mondo è il vero?* vndè gentium? *da che parte del mondo? donde mai?*

§ 4 *Locus quid, vndè, & quotuplex.*

45 LOcus est capacitas in qualibet re, & dicitur *locus*, à locando: quatenus s. in ea aliquid locatur, vel locari potest. At est quasi sedes, vbi aliquid sedet, vel indè surgit, vel eò accedit. E.g super quolibet ente, potest locari, ac formari locatio; atque hinc (quatenus s. hæc locutio in eo locatur, vel ab eo procedit, vel ad id accedit) id ens, dicitur, *locus*. Omne ergò ens, quatenus verificatur capax alicuius; dicitur *locus*. Vndè locus solet definiri, sic: *locus est extrinsecus terminus corporis, alterum continentis*. Est autem locus quadruplex: nempè, *locus*, in quo, vel vbi. *locus*, à quo, vel vndè, *locus*, per quem, vel quà, & *locus*, ad quem, vel quò. (qua de re, latè, annuente Deo, lib. 10.)

DATIVVS seu potius ADIVNCTIVVS

46 TErtius casus est mansio *cui*, cui s. aliquid est, existit, fit, speratur, timetur, vel quomodocunque significatur habitus, vel noua adiunctio. Vndè *adiunctiuus* est appellandus: e. g. Cic. (2.2.) tibi patri-

monium Dij fortunent Virg. (1. 210.) durate, & vosmet rebus seruate secundis: *conseruateui alle prosperità per le prosperità.*

47 OMne nomen, verbum, aduerbium. Ac interiectio, quatenus adiunctionem, vel habitum importat, adiunctiuo adhæret, licèt alijs rationibus adhæreat, & alijs casibus. E.g. *guai à te da questa cosa?* væ tibi ab hac re: quatenus s. adiunguntur tibi ipsæ erumnæ: quatenus verò te agunt, ac constrictiuo adhæret; e.g. Sen. væ me.

3 POST NOMEN.

48 OMne nomen, quatenus adiunctionem importat, adiunctiuo adhæret, licèt alijs rationibus adhæreat, & alijs casibus, e.g. quatenus consideratur possessio, dicitur: Cara est soror lucij. *Cara è sorella di Lucio.* Quatenus verò consideratur habitus, ac dicitur: Cara est soror Lucio: *Cara e Sorella à Lucio*: i. habet Caram sororem.

Nomen quid.

49 OMne nomen, quatenus dicit, quid alicui rei est, adhæret coniunctiuo: e. g. *chi ti è Lucio?* quid tibi est Lucius? respondetur e.g. est mihi frater, Dominus, seruus, proximus, contiguus, conterminus, conciuis, nepos, socius, conuiua, & sic de cæt.

Nomen quale.

50 OMne nomen, quatenus dicit, quale alicui rei est, adhæret coniunctiuo, e.g. *come ti è ciò?* quale tibi est id? resp. e.g. est mihi tale: nempè est mihi secun-

cundum, contrarium, indifferens, possibile, commodum, incommodum, amabile, graue, leue, habile inhabile, dannosum, gratum, ingratum, fidum, infidum, amans, & sic de cæt. Cic. nec Iudicibus supplex fuit. Plin. quot periculis? quot contumelijs sumus obnoxij? *à quanti pericoli? à quante ingiurie stamo sottoposti?*

3 POST VERBVM.

51 Tertius casus dicitur communis; quia est communis omnibus verbis hoc est, omne verbum potest eum habere: *res n.* cuius causa, gratia, contemplatione, dispositione, vtilitate, damno, commodo, incommodo, omnique alio respectu, aliquid fit, vel est, adhæret adiunctiuo: quia adiunctio, vel habitus significatur. Qui licèt generaliter sit vnus, tamen specialiter est multiplex, e.g.

§ 2 *Tertius vtilitatis, vel commodi*, e. g. quidquid acquirit Monachus, acquirit Monasterio: *al monasterio. Per il m. ad vtiltà, e commodo del m.* Cic. (16. 6.) quidquid valeo, vel auctoritate, vel gratia, valebo tibi. *A pro tuo.* Plautus: tibi aras, tibi occas, tibi eidem metis: *per te.* Id. qui *sibi* iam requiem, pugna sperabant Virg. defendite vobis: *à beneficio vostro.*

§ 3 *Tertius damni, & incommodi*: e.g. si hæc res perit? cui perit? tibi, vel mihi? *à cui pere? à te? ò à me? cioè, à danno di chi si perde? à danna tuo? ò à dannò mio? chi la perde? la perdi tu? ò la perdo io?* cùm res pereat; perit Domino; *quando vna cosa si perde; la perde il Padrone.* Cic. (2 15.) si quid offenderit, *sibi* totum; tibi nihil offenderit: *se ad*

alcuna cosa inciamperà, il tutto à danno suo, à danno tuo à niente inciamperà.

§4 *Tertius habitus, & dispositionis*: e.g. Virg. (1. 75.) sunt mihi bis septem præstanti corpore Nimphæ, i. habeo Nimphas, &c. Id. Virg. (gior. i. 14.) cui pinguia (æq tercentum niuei tondent dumeta iuuenci: *à cui, à dispositione del quale.* Omnia viuunt ac mouentur Deo: *à dispositione di: à volontà di. Secondo la volontà di.* Luca: cũ autem venissemus Romam, permissum est Paulo *manere sibimet*, cum custodiente se milite: *starsine à sua mera dispositione: à sua libera volonta, con vn soldato di guardia. Purche hàbbia vn soldato di guardia, si ne stasse à sua posta.*

Tertius casus semper importat adiunctionem.

52 MAnsio *cui* semper importat adiunctionem, ac habitum: nam licèt e.g. *aufero tibi vestem*, videatur contrarium, tamen adiungitur ablatio, & quatenus consideratur adiunctio ablationis, dicitur e.g. *aufero tibi vestem*. Quatenus verò consideratur ablatio, dicitur, *aufero vestem abs te*. Et sic de cæt.

Quæ sunt nobis pro, *vel* contrà.

53 QVæ sunt nobis *pro*, vel *contrà*, præter tertium sæpè habent etiam quartum vsus, cum *ad*, vel *in*, e.g. idest mihi in cibum: prodest mihi ad iecorem: nocet ei ad stomachum: est illi necessarium ad conciliandos amicos. Cic. dices, nummos mihi opus esse *ad apparatum* triumphi. Id. Cic. (3.3.) præsidio firmiori opus est ad istam Prouinciam.

Aliquando verò huiusmodi quartus vsus, mutatur in septi-

feptimum, e.g. Scrip. fuit illi in velamento diei, & in luce ftellarũnocte; i. in velamentũ, & in lucem : *egli il giorno, gli ferui per ombrella, e la notte in vece di luce delle ftele.*

Sæpè tertius non exprimitur, fed tantum exprimitur ipfe quartus vfus: e.g. Ouid. commoda veftis ad cursũ. (i. ipfi currenti.) fepe ipfe quartus vfus, locatur in tertio; e.g. Virg. vallis commoda fraudi; i. ipfi fraudanti ad fraudem, ad vfum fraudis: &c.

Manfio cui; *& manfio* ad quam.

54 MAnfio *cui*, & manfio *ad quam*: habent inter fe, quandam idemtitatem; i. funt quafi idem, quod fpectat ad quendam acceffum: hoc intereft, quod manfio, *cui*, admittit acceffum leuem; qui s. confideratur adiunctiò: manfio verò *ad quam*, admittit accefsũ vehementem. Vndè multa nomina, verba, & aduerbia, quatenus important acceffum leuem, adhærent adiunctiuo; quatenus s. talis acceffus, confideratur adiunctio. Quatenus verò important acceffum vehementem, adherent acceffiuo; e.g. Tac. expofitus ad inuidiam: fi dixiffet: expofitus inuidiæ; non oftendiffet, tam vehementem fignificationem. Sal. perdundæ pecuniæ genitus. Cic. ad omnia fumma natus.

3 POST ADVERBIVM.

55 OMnia, aduerbia, quatenus important adiunctionem, adiunctiuo adhærent: e.g. ire obuiam alicui. Viuere congruenter naturæ; operatur vtiliter mihi, inutiliter fibi. Loquitur obfecundanter mihi, inobfecundanter alijs. Gerit fe benè conciuibus,

malè alienigenis, comiter notis, honoranter honorantibus, inhumanè inhumanis, & sic de cæt.

ACCVSATIVVS seu ACCESSIVVS vel potius CONSTICTIVVS.

56 QVartus casus est mansio *quam*, quam s. agit, ac operatur, pertractatque ipsum agens.

Accusatiuus vndè.

Cudo cudis cudi cusum *battere* A quo, *cudo dis*, venit frequentatiuum, *cuso cusas cusaui cusatum*: *battere frequentemente*. Cui verbo *cuso as*, additur *ad*, & *in*, & ratione melioris soni, non dicitur, *adcuso as*; sed *accuso as*. Vndè aliquam rem accusare, vel incusare, aliud non est, quàm ad talem rem, vel in talem rem cusare. Agens n. semper cusat ad rem, quam agit, non secus ac faber ferrarius ad incudem, in incudem ferrum malleo cusat, agit, ac operatur.

Quartus casus à Grammaticis, ab *accuso as*, dicitur *accusatiuus*; & ab *incuso as* dicitur *incusatiuus* ex *ad*, & *in* & *causa*: hoc est ad causam, vel in causam tractiuus, quasi causatiuus: e.g. *diligo Deum*. Statim ac diligo Deum, simul efficio Deum causam huius dilectionis: nam sine Deo, hæc ipsa dilectio, non potest existere: sicut n. ad hanc dilectionem, ego concurro actiuè; ita Deus, concurrit passiuè.

Quartus casus à me appellatur etiam *actiuus*: quatenus s. actus agentis, accedunt ad eum: sed comprehendentius appellandus est *constructiuus*: quia non semper

veri-

verificatur cusatio, ac accessio distincta, sed constrictio semper; quia etiam cusando, & accedendo, verificatur constrictio: 73. &c. & 78.

4 POST VERBVM

Correlatiuum quid

57 NOmen correlatiuum est illud, quod constituitur ab ipsamet correlatione: ac alterum sine altero esse non potest; vt e.g. *Maritus*, & *Vxor*, sunt correlatiua; quia ideò est maritus, quia habet Vxorem, & ideò est Vxor, quia habet maritum. Ita *Pater*, & *filius*. *Frater*, & *frater*, seu *soror*: quia quis non potest esse frater, nisi habeat fratrem, vel sororem. Sìc *causa*, & *effectus* &c.

Omne verbum habet accusatiuum.

Omne verbum, quod importat actionem, necessariò, post nominatiuum, immediatè habet accusatiuũ: quia quid, non potest esse agens, nisi aliquid agat, & si aliquid agat, id, quòd agit, est accusatiuus. Vndè agens, & patiens sunt correlatiua. Licèt ipse accusatiuus, non semper verificatur expressus; e.g. *recordor Petri*. i. ago recordationem Petri. Discedo Roma: i. ago discessionem, seu discessum à Roma. Verba n. specialia, sunt inuenta breuitatis causa (*61*) sed resoluta per suum verbum generale (*60*. §. 3.) accusatiuus inclusus, exprimitur.

Accusatiuus verborum duplex.

58 ACcusatiuus verborum, vel est internus, ac suus; vel est externus, ac accidentalis. Accu-

ſatiuus internus, ac ſuus, eſt ille, quem quodlibet verbum importans actionem, habet in ſe ſuapte natura ſpecificum, ac certum: e.g. accuſatiuus ſuus, ac proprius verbi *curro curris* eſt curſum, ſeu curſionem: currere n. eſt idem ac agere curſionem, ſeu curſum: qui n. currit, agit curſum: Accuſatiuus verò externus, ac accidentalis; eſt ille, qui accidentaliter tribuitur ipſi verbo, e.g. *amo* ſuapte natura, ſignificat agere amorem, ſed quia præter accuſatiuum internum, ac hunc ſuum propriũ, habet vim cauſandi ſubiectum externum, tribuitur ei accidentaliter *hic*, vel *ille* accuſatiuus externus, e.g. amo Deum; amo paupertatem. Amo diuitias, &c.

Accuſatiuus externus duplex.

59 Accuſatiuus externus duplex eſt: principalis s. & cohærens, accuſatiuus principalis eſt ille, qui verificatur directè actus, cohærens verò eſt ille, qui non verificatur directè actus, ſed tantum cohærenter, cohærens s. ipſi rei directè actæ: vt e. g. Petrus aſcendit (i. ſe) arborem. Hic accuſatiuus directè actus eſt Petrus (s. ly ſe ſubintellectum;) accuſatiuus verò cohærens eſt *arborem*: quia res verè aſcēſa eſt ipſemet Petrus; arbor verò verificatur aſcenſa tantum cohærenter.

2 Qui tamen accuſatiuus cohærens, potius effertur per aliquam præpoſitionem: e.g. potius dicitur, *aſcendo ſuper arborem*, vel *in arborem*: quàm, *aſcendo arborem*. Potius, *ambulo per Ciuitatem*; quàm, *ambulo Ciuitatem*. Potius, *curro ad brauium*; quàm, *curro brauium*. Aſcendere in equum, potius quàm, aſcendere equum, &c.

3 Paſ-

3 Passiuè tamen libentius effertur nominatiuus: quia nominatiuus est fundamentum orationis; & ideò quoties succurri potest, ne oratio careat nominatiuo expresso, succurrendum est: ergò rationabilius dicitur, e.g. *curritur brauium*, quàm *currunt brauium*. Gell. (lib. 5. cap. 2.) Alexandri Regis equus, & capite, & nomine Bucephalus fuit: hìc vbi ornatus erat, armatúsque ad prælium, haud nunquam *ascendi* sese ab alio, nisi à Rege, passus est. Ouid. noctes vigilantur amaræ. Hìc vigilia vigilatur (58.) directè; noctes verò vigilantur cohærenter: quia noctes cohærent ipsi vigiliæ. Id. Ouid. nunc tertia viuitur ætas: directè viuitur vita: ætas cohærenter. Mart. tota mihi dormitur hyems: directè dormitur somnus; hyems verò coherenter.

Accusatiuus externus iterum duplex.

§4 Accusatiuus externus iterum duplex est; *alius* s. & *reciprocus*: accusatiuus *alius* est ille, qui est alius ab ipso agente: e.g. *diligo Deum*: *reciprocus* verò est ille, qui est ipsummet agens: e.g. surgo: *mi leuo*: i. me surgo (72.)

Verba generalia, & specialia.

60 VErbum, aut est generale, aut est speciale verbum generale est illud, quod comprehendit totam generalitatem suorum verborum specialium, ac generalem habet suam significationem. Verbum verò speciale, est illud, quod præter significationem sui verbi generalis, habet quandam specialem, ac certam significationem. Verbum generale, aut est actiuum, seu passiuum, aut est neutrum.

Ver-

Verbum generale neutrum, & speciale.

§ 2 Verbum generale neutrum est illud, quod nec actionem, nec passionem significat: sed tantum *esse* genericum ac absolutum dicit, & hoc est dumtaxat vnũ; nempè, *sum es est*: e.g. sum; *sono*, es, *sei*, est, *è*, &c. verbũ verò neutrum speciale est illud, quod *esse* specificum dicit, & per ipsum suum verbum generale resolui potest, e.g. palleo: *son pallido*. *Palleo* n. est idem ac, *sum pallidus*. *Exulo*, est idem ac, *sum exul*. *Tumeo*, est idem ac, *sum tumidus*. Vndè, vel dicimus specificè e.g. *vireo*, vel per ipsum verbum generale. *sum viridis*, & sic de cæt.

Verbum actiuum generale, & speciale.

§ 3 Verbum verò generale actiuum est illud, quod omnes actiones comprehendit, & ex se nullam actionem specificam, ac signatam dicit: & hoc est, *ago agis*, (& etiam *facio*, & *operor*, & siquæ sint, important generalitatem. Qui n. dicit e.g. *ago*, nullam actionem certã assignat. Verbum verò actiuum speciale est illud, quod in se specificam, ac certam habet actionem; & per suum verbum generale *ago agis* resolui potest: vt e.g. *luctor*: qui n. dicit luctari; non solum dicit actionem (*60.*) sed præter ipsam generalem actionem, assignat specialitatem actionis; nempè *luctationem*. Luctor i. ago luctationem, & sic de cæt.

Verba specialia cur inuenta.

61 VErba specialia sunt inuenta elegantiæ, & breuitatis causa. Licèt n. e.g. *ago agis* sufficeret ad explicandam quamlibet actionem, tamen elegantius,

tius, & breuius, dicimus e.g. *amo, curro, seruio, prælior*, &c. quàm, *ago amorem, ago cursum, ago seruitutem, ago præliationem*, seu prælium, & sic de cæt.

Cùm verbum speciale desit quò confugiendum.

62 CVm verbum speciale deest, confugiendum est ad ipsum verbum generale; e.g. deest, *gratio gratias: per ringraziare*: & ideò dicimus: agare gratias, seu gratiarum actionem. Deest, *itinero itineras: per viaggiare*, & dicimus: agere iter: & sic de cæt.

Verbum speciale pro generali.

63 QVia omne verbum actiuum speciale, continet suum verbum generale, *ago agis*, (qui n. e. g. præliatur, agit prælium. Qui currit, agit cursum; & sic de cæt.) ideò omne verbum actiuum speciale, pro suo verbo generali *ago agis* adhiberi potest: exponendo tamen ipsam actionem specialem, non secusac, si ipsum *ago agis* adhiberetur: dic ergò adlibitū, e.g. vel *agere prælium, seu præliationem*. Agere triūphū, seu triumphationem, vel triumphare triumphum, seu triumphationem. Sic, viuere vitam. Obire obitum, seu mortem. Seruire seruitutem. Ridere risum, seu risionem. Amare amorem, seu amationem, & sic de omni alio verbo, quod importet actionem: e.g. scriptura, seniores vestri somnia somniabūt, *sogneranno sogni*. Dòmierunt somnum suum, *dormiro il lor sonno*. Apost. certamen certaui. *combattei il combattimento*, i. certamen egi. Cic. quæ pugna cum Rege, est summa contentione, pugnata: *combattimento combattuto*. Plautus, priuatā ser-

seruitutem seruit, an publicam? *serue seruitù priuata, ò publica? serue persona priuata, ò publica?*

Verbum, quod importat actionem, adhibetur triplici modo

64 OMne verbum, quod importat actionem, triplici modo adhiberi potest, e.g. vel, rideo. Vel, ago risum, seu risionem. Vel rideo risum, seu risionem. vel, prælior. Vel ago prælium, seu præliationem. Vel prælior prælium, seu præliationem, & sic de singulis.

Et ea verba libentius variantur hoc triplici modo, quæ vehementem actionem habent in se. Vt e.g. curro, prælior. Luctor, pugno, certo, & similia. Vndè verba transitiua non eleganter adhibentur pro *ago agis* e.g. potius, ac validius dicitur, *amare*; quàm, *agere amorem*: quia verba transitiua, ipsam actionis vehementiam, nō continent in se; sed eam euacuant in ipsum subiectum externum; e.g. *studeo lectionem*: hìc vis, & efficacia huius studij, continetur in ipsa lectione, eam recolendo penetrando, agendo, considerando; sed e.g. vis certationis, continetur in ipso certante.

Vsus verbi, ago agis.

65 A*Go agis*, est vērbum generale; quia generalem habet actionem. Vndè tum eo vtimur sine specificata actione, cum tantum actionem significare volumus. Quo eò elegantius vtimur, quò actio significanda est vehementior: e.g. Virg. (1.36.) errabant *acti* fatis, maria omnia circum: *agitati: perseguitati, trauagliati, strapazzati, sbattuti*, & similia vulgaria actionis vehementis, & inferius (74.) aut *age* diuersas, & disijce

cor-

corpora ponto. Tu explica hoc *age* quò vehementius scis.

Verba intransitiua, seu accusatiuus *internus*.

66 SVnt aliqua verba à Grammaticis dicta intransitiua, ac absoluta; quia non transeunt ad cusandum subiectum externum; sed tantum habent accusatiuum suum: e.g. *curro* habet cursum, seu cursionem. *Prælior*, habet prælium, seu præliationem. Vndè licèt aliqua verba videantur non habere accusatiuum: tamē hoc non potest dari: quia non potest dari cusans sine cusatione, nec cusatio sine re cusata.

Sunt aliqua verba, quæ solent efferri absolutè, e.g. *pluo* solet habere accusatiuum *pluuiam*. *Roro* rorem. *Tono* tonitrua; &c. & etiam admittunt accusatiuum alium (59. §. 4.) e.g. pluo vobis mannam. Plinius, (lib. 17. cap. 10.) periculū tantum eo die est, si rorauerit quātulumcunque imbrem. Id. præf. quanto tu ore Patris laudes tonas, &c.

Verba transitiua, seu accusatiuus externus.

67 VErborum actiuorum, multa, præter accusatiuum suum implicitum, habent etiam vim directè cusandi subiectum externum: e.g. *diligo Deum*; quia hic non solum verificatur directè acta ipsa dilectio; sed etiam verificatur directè actus ipse Deus; hoc est, *dilectus*, ac *dilectione affectus*. *Do tibi rosam*. Hic non solum verificatur directè acta ipsa donatio; sed etiam verificatur

catur directè acta ipsa rota; hoc est, donata.

Obiectio, & responsio.

68 QVare e.g. dicimus, *diligo Deum*, & non dicimus, *seruio Deo*. Resp. quia mens diligentis considerat, ac constringit ipsum Deum; sed mens seruientis, directè, ac principaliter non comprehendit, non considerat, non constringit ipsum Deum; sed operationes, quæ ipsi Deo faciendæ sunt, ac applicantur: ita vt hìc Deus vix potest considerari directè ac efficaciter actus, i. seruitus. Licèt nos itali, vel 3. vel 4. vtamur: e.g. *seruiro a V.S.* vel, *seruirò V. S.*

Alia obiectio, & responsio.

Sicut dicimus, *seruio tibi*, sic possumus dicere. *diligo tibi*, cum vtrobique significetur adiunctio: quia sicut *tibi* adiungitur *seruitus*, sic tibi adiungitur dilectio, Resp. Licèt verificetur hæc adiunctio, & hìc, & in omni alio verbo; tamen sequimur maiorem rationem; rarò minorem, e.g. Cic. (lib. 2. de inuent.) hanc adiunctionē præferens maiori rationi, dixit; *qui tibi ad forum aureliū præstolarentur:* vbi ex maiori ratione dicendum est, te. præstolans enim, rem venturam cogitat, ac mente constringit, fouetque. vnde e.g Plautus, rectam causationem sequens, dixit, *dum* eum *Domi præstolor, adolescens aduenit.*

Verba duplicis transitus.

69 ALiqua verba vim habent directè causandi duplex subiectum externum: alterum s. animatum, & alterum inanimatum; ita vt vtrumque verifice-

tur directè actum, causatum, ac operatum: licèt horum alterum possit, & indirectè considerari. & pro sua ratione, alium casum habere; e.g. *induo*, quatenus consideratur, quod indumenta sunt directè acta, ac operata, i. induta · dicitur. *induo te vestes*: quia, & *tu*, & *vestes* verificantur indutæ. Quatenus verò indumenta considerantur, vt materia, cum qua; dicitur, *induo te vestibus*. Sic dicitur e.g. *spoleo te vestes*: quia, & *tu*, & *vestes* verificamini directè acti: tu quidem spoliatus, vestes verò detractæ. Et quatenus consideratur separatio, dicitur; *spoleo te vestibus*, seu, *à vestibus*, & quatenus consideratur, quod vestes detrahuntur abs te: potest dici; *spolio vestes abs te*.

Similiter dicitur e.g. *baptisma purgat hominem omnes maculas*. Quia & homo, & maculæ purgantur. Quatenus verò maculæ separantur ab homine, dicitur: *purgat hominem à maculis*. Et quia in separatiuis potest, vel alterum, vel alterum considerari separatum, dicimus ad libitum, vel *Pastor seperat agnos ab ouibus*: vel *seperat oues ab agnis*. Sed si alterum est immobile, hæc ratio non procedit. Et in mobilibus pars minor recti⁹ detrahitur.

Obiectio, & responsio.

70 QVare e. g. vt dicimus italicè: *il Padre insegna buoni documenti alli figli*: non dicimus latinè: Pater docet bona documenta filijs. Resp.

Latini distinguunt casus varia nominis terminatione: e.g. Nom. Dominus. Gen. Domini. Acc. Dominum, &c. nos verò itali, non habemus variam nominis termina-

minationem;sed casus distinguimus articulis, *lo,la*, e.g. Nom. *il Signore*, Gen. *del Signore*. Dat, *al Signore*, &c. ex quorum articulorum sono, non possumus omninò sequi structuram verborum latinorum; quia generant dissonantiam. Vndè locutio Itala non admittit facilè duos accusatiuos, & dicere: e.g. *il Padre insegna buoni documenti li figli*. Hinc est, quod hìc sequimur rationem adiunctionis, & non rectæ cusationis: Latini verò sequuntur rationem rectæ cusationis, & dicunt. *Pater docet bona documenta filios*: sed etiam posset dici, *filijs*: considerando s. quod ipsis filis, ipsa documenta adiunguntur, i. traduntur, ac communicantur. Liu. (lib 30.) *nobis pia, ac iusta induerunt arma*. Licèt hìc adiunctio verificatur apparentius, cùm arma sint quid materiale: tamen etiam in *doceo* animatum potest poni in tertio; e.g. Aristoteles docuit philosophiam multis. Maximè si accedat alia ratio, vt apud nos italos accedit quoque ratio melioris soni: duæ n. rationes vincunt vnam: vndè animatum rectè locatur in tertio: cùm verba quarti ordinis actiuorum adhibeantur passiuè; quia accedit ratio, quod alter accusatiuus existere non potest: e.g. *Aristotiles docuit philosophiam multos*: non potest dici, *ab Aristotile fuerunt edocti philosophiam multi*. Quia simul ac alter accusatiuus portatur in nominatiuo, immediatè alter accusatiuus deferitur à verbo.

Sed hìc vniuersalem habebo oppositionem: sub tamen speculatorum, penetrantiumue clypeo ab eorum lapidum obruptione tegar.

Am-

Ammuniter docetur, actiuum fieri passiuum mutatione accusatiui patientis in ablatiuum: & mutatione accusatiui patientis, in nominatiuum patientem, cæteris casibus remanentibus immutatis: hæc regula verissima est; sed contemplare, ne fallat vnum, ne s. arbitreris accusatiuum inanimatum quarti ordinis actiuorum, esse vltracasum; nam ille dicitur vltracasus, qui est vltrà ipsum nomen directè, ac immediatè cusatum ab ipso verbo; ergò non est vltracasus, nisi inter ipsum verbum, & ipsum nomen aliqua intercedat præpositio; e.g. pueri docentur ad grammaticam à magistro. *Ad*, quatenus s. portantur ad hanc doctrinam, cognitionemue abs qua absunt. Quint. ad sensus, qui non docentur: *à cui non si insegna il senso*. Et vbi præpositio non exprimitur, ibi subintelligitur: e.g. Cæs. Petreius, atq; Afronius, cùm *stipendium* ab legionibus flagitarentur: i. cum flagitarentur ad *stipendium*.

Et præterea probatur ipsum accusatiuum inanimatum, non esse vltracasum, ex eo, quia sæpè portatur in nominatiuum; e.g Cic. ad Brutum: in omnibus, *quæ* ratione *docentur*. Manilius: magna est *ratio* breuiterque *docenda*.

Sed obijcies; *quare ergò ambo accusatiui, non conuertuntur in duos accusatiuos* R. verbum à parte post, aptè cudit, ac agit duo subiecta diuersæ rationis; vt e.g. *doceo te theologiam*. Hìc n. & *tu*, verificaris actus, quia s. efficeris doctus: & *ipsa theologia* verificatur acta; i. pertractata, tradita, ac communicata.

Verbum verò à parte antea, non potest habere plures nominatiuos: sed tantum vnum, à quo dependeat, vti palmes à sua vite, & sicut vna vitis, potest habere plures palmites; sed palmes, non potest habere plures vites; sic verbum à parte post, potest se extendere ad cusandum plura subiecta; sed à parte antea, non potest habere, nisi vnum stipitem, ac vnam originem.

Huic obiicies: sępè verbum plura præcedunt nomina; vt e.g. *boni, & virtutes amantur:* R. hæc plura nomina aptè præcedunt; quia non sunt diuersæ rationis; sed omnes coalescunt in vnum: *boni* n. e.g. *& virtutes* verificantur in nomen perfectum(lib.8.regula 2.§ 4.) sed *tu, & theologia* verificamini duo nomine diuerse rationis, alterum nomen s. tertiarum, (ibidem §. 5.) & alterum perfectum: ita vt ineptè collocarentur in nominatiuo ambo. Vndè.

Quoties quartus ordo actiuorum adhibeatur passiuè; tunc necessariò, alter casus est adhibendus indirectè: e.g. *à me docetur tibi theologia*. Vel, *à me doceris ad theologiam*. Vel præpositione subintellectu *à me doceris theologiam*. Vel, *doceris à me de theologia*. Cic. mori mallet, quàm de his rebus syllam doceri.

Et quia, vt dictum est: vnum verbum non potest habere duos nominatiuos, sicut vnus filius non potest habere duas matres; ideò quoties inuenitur accusatiuus inanimatus in nominatiuo; tunc animatus subintelligitur in tertio: e.g. *hic docetur philosophia:* & subintelligitur e.g. venientibus, discentus: &c. e.g. Cic. *quæ ratione*

tione docentur: s. ipsi docentibus.

Quo ad alia verò verba quarti ordinis, fit constructio indirectè, prout ratio vniuscuisque verbi postulat.

Verba iubendi, &c.

71 VErba iubendi, suadendi, nunciandi, inuidendi, &c. huiusmodi; actiuè apud Auctores ferè resperiuntur habere personam in adiunctiuo; quatenus s. consideratur adiunctio ipsi personæ, iussionis, suasionis, nunciationis, inuisionis; &c sed quia ipsa persona verificatur directè acta; i. iussa, suasa, nunciata, inuisa; & c. rectè locatur etiam in accusatiuo: *iubeo tibi talem rem*; vel, *iubeo te talem rem. Suadeo tibi talem rem.* (Imò *suadeo* vix potest tolerari cum datiuo: habet n. eandem vim ac *doceo*, & *oro*. Imò, & maiorem.) Passiuè tamen huiusmodi verba, ferè reperiuntur habere personam in nominatiuo. Et ratio est; quia quoties orationi succurri potest, ne careat nominatiuo, maximè animato, succurrendum est: cùm sit fundamentum (7.) orationis, & oratio eò validior est, quò validius habet fundamentum. Virg. (1.67.) & laxas sciret dare *iussus* habenas. Sen. tacere iubeor. Cur. imperamur.

Verba reciproca, seu mista.

72 QVia aliqua verba actiua persæpè accidit adhiberi reciprocè; hinc, temporis progressu factum est; vt non solum amiserit accusatiuum externum, ac alium; sed etiam ceciderit à consideratione ipse eorum accusatiuus reciprocus, e.g. *lector*: suapte natura est transitiuum; quia quoties adest lætans, ne-

cessè est, adsit, & lætatus: ergò dicendum esset, *lætor te: ti rallegro*. Tamen non solum est lapsus ab vsu hìc accusatiuus externus alius (60.§ 4) sed etiam ipse accusatiuus reciprocus: e.g. *lætor* (s. me.) Sen. iugiter fodiendo, laborat; (s. se. Virg. (2. 796.) iamque propinquabam portis; (s. me.)

§ 2 Italicè tamen hos accusatiuos reciprocos, proferimus, e.g. *mi rallegro; ti rallegri, si rallegra, ci rallegramo, vi rallegrate, si rallegrano*: i. me lætor, te letaris, se lætatur; &c. sic, e.g. gaudeo, irascor, surgo, discedo, succenseo, nitor, fido, confido; &c. huiusmodi, quibus nos itali adiungimus accusatiuos, *mi, ti, si, ci, vi, si*.

§ 3 Non sẽper tamen eę particulæ, *mi, ti, si, ci, vi, si*, sũt accusatiui; quia possũt esse etiã datiui; e.g, *mi sogno, ti sogni*, &c. hìç n. adduntur, quatenus e.g. adiungitur ipsi somnianti, somniũ. Sed res somniata, non sunt ipsi sõniantes. Ipsi n. sunt, quibus res sõniata, representatur.

§ 4 *Verba transitiua, adhibita reciprocè* cum verba transitiua reciprocantur; tunc, tam actiuè, quàm passiuè ad libitum efferuntur: e.g. *mi stimo*; me æstimo, vel æstimor. *Ti stimi*; tę æstimas, vel æstimaris. *Si stima*; se æstimat, vel æstimatur; & sic de cæt.

Hìc ablatiuus nũquã exprimitur; e.g. Cic. oratione habita grauiter, & sententiosè, *dimittitur animus* hominũ, & ad misericordiam *comparatur: si humilia, ed à misericordia si prepara*. (s. à se) Virg. (2, 815.) ipse vrbẽ repeto, & *cingor* fulgẽtibus armis; (s. à me) *e mi cingo*. Id. Virg. (2. 236.) sub pedibusque Deę, clypeique sub ore *teguntur*: (s. a sè:)

si cac-

si cacciano. Si mettono sotto &c. Id. Virg. (2.791.) pone subit coniux, *ferimurque* per opaca locorũ; (s. à nobis:) *e ci portamo:* &c. Christ⁹; quicũq; dixerit huic mõti *tollere, & mittere* in mare, & nõ exitauerit in corde suo; sed crediderit, quia quodcũque dixerit fiat; fiet ei: *togliti, e mandati,* &c.

Et etiam accusatiuus ferè reticetur: e. g. Virg. (2. 243.) accingunt omnes operi, (s. accingunt:) *si accingono tutti all'opera*. Id. Virg. (2.8.) & iam nox humida Cælo præcipitat, (s. se,) *si precipita*. Ergò cùm dicatur reciprocè e.g. *mi precipito*, fit, vel actiuè, me præcipito, seu præcipio; vel passiuè; præcipitor. *Catarina si maritò*: Catharina nupsit, vel, se nupsit: vel nupta est, (i. a se.) *Si vanta*; te iactat, iactat, vel iactatur. *Si laua*; se lauat, lauat (s. se:) vel, lauatur, (& subintelligitur, *à se*) & sic de cæt.

Verba actiua triplicia.

73 Verba, quæ actionè important (exceptis his, quæ tantum habent accusatiuum suum:) triplicia sunt; *constrictiua* s. *effectiua*, & *contractiua*. *Verba constrictiua* sunt illa, quorum operationes, sunt mentales, vt, e.g cogito, diligo, desidero, & similia *Verba effectiua* sunt illa, quæ rem efficiunt, ac constituunt; vt e.g. creo, fabricor, formo, & similia. *Verba* verò *contractiua,* sunt illa, quæ rem non faciunt; sed eam factã, contractant; vt e.g. palpo, porto, euerto; & similia.

Verbi effectiui constructio.

74 Verba effectiua nõ possunt construi indirectè; quia res facta, semper est patiens directum,

ac ita actum, vt vix possit reperiri alia ratio constructionis, quæ non absorbeatur ab ipsa actione directa. Vndè e.g. *functus sum officio meo*, rectè dicis, si velis significare, ab ipso officio aliquam partem egisse: quatenus s. hæc pars detrahatur ab ipso toto; verum si velis significare integrum officium compleuisse; dicendum est, *functus sum officium meum*; quia cum officium sit res effecta, ac absoluta, non potest indirectè considerari; ergò *functus sum officio meo*: significat; *hò fatto parte del mio vfficio*. *Functus* verò *sum officium meum*; significat; *hò fatto l'vfficio mio*. Quidquid possideat corruptela, dicens indiscretè, *functus suum officio meo*.

Verbi constrictiui constructio.

75 IN verbis constrictiuis, vix reperitur valida ratio constructionis indirectè; quia eorum operationes sunt mentales, quæ directè comprehendunt, ac constringunt ipsum subiectum. Vndè e.g. *præstolor tibi*, ex eo tolerari potest, quatenus consideratur ipsa corporalis, ac personalis expectatio, quæ adiungitur ipsi expectato. Cic. qui *tibi* ad forum Aurelium præstolarentur. Sed melius Plautus, qui ait; *eum* Domi præstolor quia mens præstolantis constringit, ac fouet ipsam rem venturam. Similiter ex eodem toleratur; e.g. *studeo lectioni*, quatenus s. consideratur ipsa materialis applicatio; sed quia mens studentis constringit lectionem, illam recolendo considerando, fouendo, ac penetrando; dicendum est, *studeo lectionem*. Cic. qui si *nihil aliud* studet, nisi *id*, quod agit, &c.

verbi

Verbi constructiui constructio, & diuisio.

76 VErba contractiua habent suas operationes corporales, ac materiales; in quibus distinguendum est; nam, vel habent contractionem immediatam, vel mediatam; illa habent contractionem immediatam, quæ immediatè tangunt, ac constringunt ipsum subiectum; e.g. adhibeo calamum, voluo libros, fero lapidem, & similia. Et hæc construuntur directè. Vndè e.g. *vtor calamo*, non dicitur rationabiliter, sed per corruptelam; quia hìc calamus verè contractatur, ac agitur. *Vtor* tamen *meis prædijs*, rectè dicitur; quatenus s. ab eis fructum detraho. Similiter rectè dicitur. e.g. *vtor meo fratri*; quatenus s. ab eo operationem aliquam dettraho, ac exigo. Quidquid possideat indiscretus abusus.

Verba verò, quæ contractionem habent mediatam, construuntur directè, & indirectè, prout magis, minusue ipsam contractionem habent mediatam; e.g. *thurifico*, est verbum contractionis mediatæ. Vndè quatenus tu verificaris affectus, ac actus hac thurificatione, potest dici. *Thurifico te*; & quatenus non contractaris immediatè; sed tibi adiungitur hæc materialis thurificatio, dicitur, *thurifico tibi*; sic rideo, irrideo, studeo, illudo, lugeo, auxilior, blandior, adulor, succurro, &c. Plaut. si illum inseruies solum. Id. Plaut, iuro, te non nociturum esse *hominem*.

Passiuè verò facilius construuntur directè; e.g. thurificor, rideor, studeor, &c. quia quoties potest suc-

curri, ne oratio careat nominatiuo expresso, succurrendum est; cum nominatiuus sit fundamentum orationis, & omne ædificium, quò melius habet fundamentum, eò melius stat.

Verba affectiua.

77 VErbum affectiuũ est illud, quod afficit ipsammet personam, quod, & verbum intrinsecè passiuum dici potest; vt e.g. peniteo, pudeo, pigeo, tædeo, misero, misereo, miseresco, doleo, ardeo, & similia; qui n. e.g. dolet, afficitur ab ipso dolore i. agitur, angitur, tenetur, cruciatur ab ipso dolore.

Verbi affectiui duplex constructio, personalis s. & impersonalis.

§ 2 Verba affectiua dupliciter construi possunt; personaliter s. & impersonaliter, personaliter quidem, quatenus ipsa persona habet in se, ac continet ipsum nomen contentum verbo, e.g. *doleo*, continet dolorem, *pigeo* pigritiam. *Pudeo*, pudorem. Et sic de cæt. e.g. doleo, i. habeo dolorem. Plaut ita nunc pudeo. Pacuuius, loquere tuum nomen nisi pigens? Agel. iamque omnes pertęduissent. (i. multum tædium habuissent.) Enn. miserete manus, date ferrum, vt me anima priuē. Pacuuius, nunc pœnitebunt,

§ 3 Verba verò affectiua sic personaliter considerata, habent post se; *vel* genitiuum, e.g. Virg. Arcadij, quæsò, miserescite Regis, i. habete miserationem Regis. Arcadij, *vel* ablatiuum, e.g. pœniteo à meis peccatis, Doleo à tuis infortunijs. Quatenus s. à peccatis

pro-

prouenit *pænitentia*; ab infortunijs *dolor*. *Vel* huiusmodi ablatiuus vertitur in accusatiuum cum *ob* vel *propter*; vt e.g. pœniteo ob, vel propter mea peccata.

§4 Quæ præpositiones *ob*, vel *propter*, hic facilè reticentur, quia facilè subintelliguntur, hic n. ablatiuus, est ablatiuus causæ propter quā (102.) e.g. Sall. quasi dolens eius casum, i. ob eius casum. Virg. (Ecl. 2. 1.) formosum Pastor Corydon ardebat Alexim. i. ob Alexim. Quia hic *ardeo* non potest intelligi transitiuè; ardor n. non transibat in Alexim; i. non agebat, non afficiebat, non angebat, non cruciabat Alexim; sed ipsum Corydonem. Dic ergò, vel *ardeo ab Alexi*. Quatenus s. ab Alexi procedit ardor; vel dic, *ardeo Alexis*, i. habeo ardorem Alexis. (Quem s. possidet Alexis; s. passiuè,) vel *propter* Alexim.

§5 Sed quia, re vera, in huiusmodi verbis, semper verificatur patiens ipsa persona, affecta ab ipso nomine contento verbo; vel ab ipsa re, abs qua procedit ipsum nomen, ideò rationabilius construuntur impersonaliter.

Verbi affectiui constructio impersonalis, duplex.

§6 Verba affectiua dupliciter construuntur impersonaliter; nam, vel consideratur agens ipsa res, abs qua procedit ipsum nomen verbo contentum, vel consideratur agens, ipsum nomen verbo contentum.

§7 Si consideratur agens, ipsa res; ipsum nomen consideratur in 7. casu, e.g. *me pænitent mea peccata*, *me dolent tua infortunia*, i. me pœnitentia afficiunt mea peccata.

cata. Me dolore afficiunt tua infortunia, i. agunt, angunt, tenent, cruciant, &c. Ter. non hæc te pudent? i. non hæc pudore te afficiunt? Id. Ter. quod nos postea pigeat, i. quod nos postea pigritia afficiat. Plautus, & me quidem, hæc conditio, nunc non pœnitet, i. nunc non pœnitentia afficit, i. non me agit, non me angit, cruiat, &c.

Si verò consideratur agens, ipsum nomen contentum verbo; tunc res ipsa, quatenus possidet ipsum nomen, in possessiuo locatur, e.g. me pœnitet meorum peccatorum, i. pœnitentia meorum peccatorum, me agit, augit, tenet, cruciat, affligit; &c. & hic modus est rationabilior; quia, re vera, verius agens est ipsum nomen; siuè n. e.g. dicimus, *doleo infortuniorum*; siue dicimus, *infortunia me dolent*; semper verificatur agens ipse dolor. i. angeus, crucians, &c. Plaut. miseret te aliorum, tui, nec miseret, nec pudet.

§ 8 Et quia causa est illud, à quo oritur, ac procedit aliquis effectus, ideò verba affectiua, quatenus hic affectus procedit ab aliqua causa, disiunctiuo adhærent: e.g. *gaudeo à tua salute*, quatenus s. tua salus est causa huius effectus; i. huius gaudij, huius affectus. Gaudium n. procedit, ac in sequitur à tua salute. Sic, me pœnitet à meis peccatis. Me dolet à tuis infortunijs; & sic de cæt. Plaut. neque mei, neque tui intus puditum est *factis*, quæ facis.

Verbi

Verbi affectiui coniugatio personalis, duplex.
Et verbum deponens ad libitum.

§9 Nullum credo adesse verbum deponens, quod non sit ad libitum formatum, addito *r*, & quod non ad libitum illud deponatur. Vndè credo ideò dici deponens; quia ad libitum illud deponit, ac assumit: e.g. *misereo* addito *r*, fit *misereor*; & deposito *r*, fit *misereo*, e.g. Enn. *miserete* manus date ferrum; vt me anima priuem. Cic. *miseremini* eius. *(Misero)* Accius, vt iure nunquam mislererent mala. *(Miseror)* Cæs. commune periculum *miserebuntur; compatiranno*. Sic e.g. fœnero. vel fœneror. Contemplo, vel contemplor. Pœniteo, vel pœniteor. & sic de cæt. licèt laudo sequi vsum frequentiorem, vocesque elegantiores, tamen non laudo negari hunc vsũ esse ad libitum. Similiter eos non laudo, qui libertatẽ constructionis restringunt, e.g. sunt aliqui Grammatici, qui verbo *miseror* statuunt accusatiuum; verbo verò *misereor* statuunt genitiuum; ac si hæc duo verba nõ essent eiusdem naturæ, & vis, ac vtrumque verbũ vtrique casui ad libitum adhærere possit sed.

§10 His præmissis, sciendum est, huiusmodi coniugationem in Q, vel in *or*, etiam impersonaliter esse ad libitum; e.g. sicut personaliter dicitur *pudeo*, vel *pudeor*. *Peniteo*, vel *pæniteor*; *pigeo*, vel *pigeor*. *Tædeo*, vel *tædeor*; &c. sic impersonaliter dicitur ad libitum, e.g. nos pudet, vel nos pudetur; nos pudebat, vel nos pudebatur, nos puduit, vel nos puditum est, vel fuit: nos puduerat, vel nos puditum erat, vel fuerat, nos pudebit,

vel

vel nos pudebitur, nos pudeat, vel nos pudeatur; nos puderet; vel nos puderetur, nos puduerit, vel nos puditum sit, vel fuerit; nos puduisset, vel puditum esset, vel fuisset; nos puduerit, vel puditum erit, vel fuerit; e. g.

Pacuuius, nihil ne te populi veretur? i. nihil ne populi verecundia tenet? Cic. quos non est puditum, in voluptate summum bonum ponere. Quos s. non veruit: quos s. verecundia non tenuit. Bello ecquando te nostrum, & reipublicæ miserebitur? Plautus, nam nunc cum vidi miserum, & me eius misertum est. Id. Plaut. neque mei, neque tui intus puditum erat factis, quæ facis. Virg. (4. 18.) si non pertæsum thalami, tædæque fuisset (s. eum.) Cic. caue credas, caue ignores, caue te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereatur? Liu. nec nominis homines dum pertæsum est.

Verba affectiua passiuè.

§ 11 Quando verba affectiua adhibentur personaliter, tunc *pæniteor, pudeor, pigeor, tædeor*, &c. possunt etiã intelligi passiuè, e. g. *pæniteor peccatorum*, i. afficior pœnitentia peccatorum. *Pæniteor à peccatis*, i. afficior à pænitentia oriente à peccatis. Vndè e. g. *dolendus, pænitendus, pudendus*, &c. sunt idem ac, *doliturus, puditurus*, &c. Petrus est puditurus, i. Petrus est habiturus pudorem. Petrus est pudendus, i. Petrus est afficiendus pudore, & semper est idem; quia Petrus vtroque modo semper verificatur res affecta; & sic de cæteris.

Obie-

Obiectio in verbis affectiuis.

§ 12 Obijcies e.g. odi, amo, timeo, inuideo, & similia, sunt verba affectiua; qui n. e.g. odit, afficitur ab ipso odio; qui amat, afficitur ab ipso amore; qui timet, afficiatur ab ipso timore, qui inuidet, afficitur ab ipsa inuidia, vndè illud, *l'inuidia figliuol mio te stesso macera*. Ergò hæc, & similia verba, construuntur ad libitum; tam personaliter, quàm impersonaliter? imò e.g. magis affic odiū, quàm pigritia? vndè consequenter rationabilius diceretur e.g. me timet inimicorum. (i. timor inimicorum me agit, angit, tenet, &c.) quā, me piget studij (i. pigritia studij me agit, tenet, &c.)

Respondetur quadam rationuncula; quod s. *pigritia, pudor, pænitentia,* tædium tenent tantum ipsam personam, & nullo modo diriguntur in aliud subiectum, sed odium, e.g. licèt afficiat ipsum odio habentem; tamen etiam dirigitur ac tendit in ipsam rem odio habitam; ita vt ipsa res verificetur odio prosequuta. Vndè *misereor*, quod verificatur etiam referri ad rem, cuius nos miseratur, adhibetur etiā transitiuè, e.g. Cæs. commune periculum miserabantur; *compassionauano*; &c. Acc. hæc iure nunquam miserarent mala; *non compatiuano*, &c.

Sed huic rationunculæ facilè respondetur; quia e.g. timor intromittitur, & non extramittitur ab ipso timente. Ergò dicendum est, huiusmodi verborum constructionem esse ad libitum; & tantum differre vsu Auctorum, sed validius diceretur e.g. me timet inimicorum,

rum, vel ab inimicis; quàm me tedet studiorum, vel à studijs.

Constructio verbi affectiui in consequentiam.

§ 13 Nos aliquando male affecti alicuius rei, illam ex tali mala affectione, fastidimus, ac contemnimus; e.g. Suet. & quasi *pertæsus* ignauiam suam, quod nihil dum à se memorabile actũ esset. i. quasi fastidiuit ignauiam suam, affectus tædio suæ ipsius ignauiæ, quod, &c. Colum. (2. cap. 2.) itaque hic ager, siue exerceatur, siue cessat, colono est *pœnitendus*, & tanquam pestilens refugiendus. i. siue ager exerceatur, siue cessat colonus afficitur pœnitentia eum conduxisse, & *consequẽter* talis ager est ipsi colono contemnendus, ac abhorrendus. Liu. sub haud *pœnitendo magistro*. i. sub magistro haud contemnendo; hoc est, non experieris eum indoctum, ac ineptum; ita vt te pœniteat eum admisisse in magistrum: & *consequenter* tu hac pœnitentia affectus, fastidias eum, ac contemnas. Prop. verba pingenda, i. verba ita pigrè, ac ægrè dicta, vt fastidiantur ex ipsa pigritia.

Quæ verba admittunt ad.

98 PRæpositio *ad* semper importat accessum ad aliquid in Verborum verò actiuorũ, alia habent accessum distinctum, & alia habent accessum indistinctum, illa habent accessum indistinctum, quæ simulac agant, immediatè cudunt ipsum subiectum externum: e.g. *diligo Deum*; statim n. ac ego verificor diligens, simul Deus verificatur dilectus. Illa autem habent accessum

cessum distinctum, quæ non simul ac agunt, immediatè cudunt ipsum subiectum externum, e.g. *eo ad Ciuitatē*: quia non simul ac incipio hanc actionē eundi; immediatè cudo Ciuitatem.

§2 Aliquando verò, aliqua verba, quæ habent accessum potius indistinctū, quàm distinctum, adhibentur cū præpositione *ad*, ad ostendendam s. realicationem actuum agentis iaculatoriè, *respicere ad Dominum*, vel iaculatoriè, *orare ad Dominum*.

Tempus quid.

79 TEmpus est ipsa rerum generalis duratio. Vndè ita se habet tempus ad rem, vt vmbra ad ipsum corpus; vt latè annuente Deo, in libro 3.

Tempus Quantum.

Tempus *quantum*, quatenus ipsa maior duratio generalis, ipsum comprehendit, ac constringit, constrictiuo adhæret, e.g. Cic. *duas horas* fieri fuimus. Hæ duæ horæ comprehenduntur, ac constringuntur a tempore antecedenti, & consequenti. Id. Cic. Prouinciam *triennium* optinuisti. Id. Cic. fuit mecum *triduum illud*, *quod* ego Ephesi commoratus sum Id. Cic. (16.21) sum *totos dies* cum eo, noctisque sępenumerò *partem*.

§2 Quatenus verò consideratur coniunctio actionis cum ipso tempore, in quo fit ipsa actio, coniunctiuo adhæret, e.g. Suet. imperauit *triennio*, *decem mensibus*, & *diebus octo*.

Tempus quando.

§3 Tempus *quando*; quia semper importat coniunctio-

ctionem, cum ipsa actione, quæ fit in tali tempore; ideò semper coniunctiuo adhæret, e.g. quando iuisti Romam? r. e.g. tali anno, tali mense, tali die, tali hora, &c. e.g. Cic. discessi mense decembris. Id. Cic (12. 25.) *eo die* non fuit senatus, neque *die postero*. *Ne quel giorno, ne il giorno seguente*. Id. Cic. ego quindecim *annis* antea prospexeram. *Quindici anni auanti.*

Spatium.

§ 4 Spatium, quatenus ipsa maior capacitas, id cōprehendit, ac constringit, constrictiuo adhæret, e.g. Cic. negat se à te *pedem* discessisse. Id. Cic. is locus est circa leucadem *stadia centum viginti*. Liu. *mille & ducentos passus*, ibi latitudo patet.

§ 5 Quatenus verò potest considerari coniunctio, coniunctiuo adhæret, e. g. negat se à te pede discessisse. Colum. sulci lirarum inter se distant *sequipedali spatio*: *vn piede, e mezzo.*

§ 6 Spatium generale: nempè, *viam, inter interuallū, spatium*, sæpè exprimuntur, e.g. Cur. ædificia ferè *spatium* vnius iugeri absunt. Cæs. aberam ab Amano *iter* vnius diei. *Vna giornata.* Id. Cæs. cùm bidec. *viam* processissent. *Essendo andati innanzi due giornate.*

Et sæpè non exprimuntur. Sed tantum exprimitur quantitas, quæ non intelligitur, e.g. Cic. à castris aberam bidui; i. iter bidui. Viam bidui. Spatium bidui, interuallum bidui. Id. Cic. à Fidenis mille passuum castra locat, i. spatium mille passuum. Ergò vbi leges, bidui, tridui, quatridui, Tot passuum; tot iugerorum;

tot

tot milliariorum: diei, milliarij, &c. subintellige spatium, interuallum; &c.

Mensura.

§ 7 Mensura, quatenus comprehenditur, ac constringitur ab ipso maiori mensurabili, constrictiuo adhæret, & quatenus consideratur coniunctio coniunctiuo adhæret: e.g. sum altus *sex palmos*, vel potius *sex palmis*.

4 *Post nomen.*

80 OMne nomen, quatenus accessum importat, accessiuo adhæret. Vide n. 54. & 78.

Et quatenus rem constringit, constrictiuo adhæret: e.g. Sal. dextero latere, quod proximum hostes erat. Dixit *proximum hostes* & non *proximum ad hostes*: ad ostēdendum s. connexionem immediatam, quod s. inter ipsum latus, & hostes; nullum aderat medium, ac capacitas. Sed constringebat immediatè. Vide n. 78.

4 POST PREPOSITIONEM.

81 PRæpositiones, quæ constrictionem important, quatenus constrictiuæ sunt, constrictiuo adhærent: licèt alijs rationibus adhæreant, & alijs casibus, e.g. sedebat *super lapidem*, quatenus s. consideratur constrictio, ac pressio. Virg. (1. 752.) multa *super Priamo* rogitans, *super Hectore* multa. Quatenus s. hic consideratur coniunctio. Sed de præpositionibus alijsque particulis, remanet componendus liber integer. De præpositionibus verò coniunctis, agetur Deo annuente, in libro 8. de regulis generalibus.

VOCATIVVS, seu potius LOCVTARIVS

82 QVintus casus est mansio *locutaria*, eius s. cui loquimur (lib. 8: reg. 2. §. 8.)

Persona quid.

83 PErsona est subiectum rationale ad locutionem aptum. Et licèt vocantur personæ etiam entia (22.) inanimata; tamen verè non sunt personæ; sed tantum figuræ veræ personæ. Vndè differunt à vera persona, nō secus ac retractus humanus ab ipso homine. Et tantum verificantur loquibilia: apta tantum s. ad locutionem passiuam.

Persona n. vel est loquens (illa s. quæ actu loquitur.) vel est locutaria (illa s. cui actu loquimur.) vel est loquibilis (illud s. de quo loquimur.)

Dicitur autem *persona*, à *per* & *sono*, quia homo ratiocinanter loquendo, *bene sonat*.

Persona quotuplex.

84 PErsona triplex est, *prima* s. *secunda*, & *tertia*. Persona prima est ipsum loquens: persona secunda est ipsum, cui loquimur: persona tertia est ipsum, de quo loquimur.

Personæ cur tres, & non plures nec minores.

85 PErsonæ sunt tres, & non plures, nec minores, quia essentiale constitutiuum societatis humanæ, sunt hæ tres personæ dumtaxat: quælibet n. persona verificatur, vel loquens, vel locutaria, vel loquibilis. E non potest dari aliud genus personæ (vndè illud: *omne trinum perfectum*.

A pri-

A prima persona procedit verbum in secundam; à prima verò, & secunda, insequitur discursus in tertiã. Et sic formatur societas rationalis.

Digressio hinc est, quod personæ diuinæ, ad constituendam societatem diuinam, necessariò sunt tres. Et prima dicitur *Pater*, quia producit, ac generat verbũ: *verbum*, verò est secunda persona, & dicitur etiã, *filius*: quia generatur à Patre: alia productio dicitur, *Spiritus sanctus*; quia inspiratur, insequitur, ac procedit ab vtroque, & hæc productio, est tertia persona. Et sic formatur societas diuina.

Scito, quod verbum est mentis conceptus. Quem nos ideò mittimus extrà; quia natura humana, cùm sit materialis, non intelligit, nisi per modum materialem. Sed verbum Dei, verificatur adintrà in intellectu ipsius Patris.

Sicut Deus necessariò personaliter est trinus, ad cõstituendam societatem diuinam; ita necessitate absoluta, essentialiter est vnus, & infinitus: quia est absolutè necessarium, vt adsit vnum infinitum omnia comprehendens, ac agens: nam non potest dari comprehensum (57.) sine comprehendente: omne finitum comprehenditur, ergò deueniendum est ad vltimum comprehendens, quod non comprehendatur: ad vltimum creans increatum: ad vltimum agens, quod non agatur, & hoc principium (i. hæc natura creans, increata; comprehendens, incomprehensa) dicitur *Deus*, qui est principale agens, ac prima causa, vndè omnia.

Constructio.

86 QVidquid vim vocatiuam habet, vocandi casui adhæret; licèt alijs rationibus adhæreat & alijs casibus; e.g. *o*, vi vocatiua prolatum, vocatiuo adhæret, e.g. Cic. o paterni generis *oblite*. Prolatum verò, vi constrictiua, constrictiuo adhæret, e.g. Cic. oh me perditum, o me afflictum. Quatenus s. perditio, & afflictio me habent, me constringunt. Id. Cic. o præclarum ouium custodem, vt aiunt, lupū. Quatenus s. admiratio ipsa, vel derisio, comprehendit, ac constringit.

Tria loca trium personarum.

87 TRibus personis, tria loca considerantur; *primæ* s. primus, *secundæ* secundus, & *tertiæ* tertius. *Hic* ad primum; *iste* ad secundum; *ille* ad tertium locum spectat, e.g. hæc mea manus, ista tua, illa sua. Cic. (2.11.) putares ne vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neque solum *ista vestra* oratoria; sed *hæc* etiam leuia *nostratia? non solo coteste vostre parole oratorie, ma anche queste nostre paesane leggiere.*

§ 2 Tamen propter vicinitatem personæ loquentis cum persona locutaria, primus, & secundus locus sæpè confunduntur: ità vt, *hic* adhibeatur pro *iste* (quatenus s. ipsa persona loquens, rem, quæ, re vera, est præsentior ipsi personæ locutariæ, considerat præsentem tibi.) & *iste* adhibeatur pro *hic*. Sed *iste* pro *hic* mihi videtur nulla ratione corroboratum; sed tantum errore sociatum.

§ 3 Aliquàndo, reuerentiæ causâ, vt s. remotiores ostendamur; vtimur voce tertiæ personæ, ipsi, cui loquimur; e.g. *sua signoria m'escusi:* Dominatio suæ me excuset. Sæpè quoque maioris æstimationis causa; vtimur plurali pro singulari, e.g. *vostra signoria m'escusi:* vestra dominatio, &c. *sua, & vestra:* pro, *tua*, sic sepè dicitur, *vos* pro *tù*, & personæ publicæ: vt sunt officiales, & magnates, auctoritatis, vel publicitatis causa, dicunt, *nos* pro *egò*, e.g. Cic. cum essemus Imperator, *essendo noi Imperatore, cioè, essendo io Imperatore.*

In scribendo duplex tempus consideratur.

88 IN scribendo duplex tempus considerati potest, in quo s. scribitur, & in quo scriptum legitur. Quatenus ipsum scribens considerat tempus, in quo scribit, actio scribitur præsens; quatenus verò considerat tempus, in quò scriptum legitur, actio scribitur præterita, e.g. Cic. (2.8) cum hoc ad te litterarum dedi. Considerauit tempus legentis; si n. considerauisset tempus suum scribentis, dixisset: cum hoc ad te litterarum dem. Id. Cic. (2.11.) quidquid erit, tibi erit, sed quid planè esset, nesciebamus. Considerauit similiter tempus in quo epistola erat legenda: nã aliàs dixisset: sed quid planè erit, nescimus.

Ego, *&* nos: tu, *&* vos, *non sunt personæ.*

89 EGo, & *nos*: *tu*, & *vos*, non sunt personæ; sed personæ sunt illa nomina, quibus vel tacitè, vel expresè hæc pronomina adhærent. Dic ergò persona prima est illud nomen, quod demostratur per prono-

ego, vel *nos*. Persona secunda est illud nomen, quod demostratur per pronomen *tu*, vel *vos*. Et vbi nullum horum quatuor pronominum, ibi omne nomen verificatur persona tertia.

Multis modis loquimur.

90 CVi loquimur, multis modis loquimur; nempè, interrogatiuè, deprecatiuè, imperatiuè, exortatiuè, indicatiuè, desideratiuè, lamentatiuè, affertiuè, negatiuè, &c. sed eatenus vtimur hoc casu, quatenus verificatur vocatio personæ, cui loqui volumus.

ABLATIVVS seu potius DISIVNCTIVVS

91 SExtus casus est mansio *vndè*, vndè s. res originem, ac quomodocunque principium aliquod habet: vt e.g. video me moriturum à vobis: *vedo, che hò da morire da voi: cioè, veggo, che la mia morte hà d'hauere origine da voi*. Sapiens differt à stulo: *à stulo*; quia, eius differentia principium habet à stulto. Væ mundo à scandalis. *A scandalis*; quia à scandalis oriuntur, ac habent origem ipsæ ærumnæ.

Mansio vndè, *vel actiua, vel passiua.*

92 MAnsio *vndè* duplex est, actiua s. & passiua, *actiua* quando s. ad talem effectum demostratur agens, vt e.g. cuncta creantur à Deo, i. cuncta cræat Deus. Passiua verò quando ad talem effectū non demostratur agens: vt e.g. natus est ex nobilibus parentibus.

man-

Mansio vndè actiua, duplex.

93 MAnsio *vndè* actiua duplex est; primaria s. & secundaria, *primaria* est, quando agit primariò, directè, ac independenter: vt e.g. cuncta creantur à Deo, à Deo originem, ac principiū habet creatio primariò, directè, ac independenter ab alio. *Secundaria* verò, quando agit secundariò, indirectè, ac dependenter à primaria. E.g. eam monui à Petro. *L'hò ammonita da Pietro per mezzo di Pietro. mediante Pietro. La feci ammonire da Pietro.* Hæc monitio in eam, procedit à me, & à Petro, à me quidem independenter, primariò, ac directè: à Petro verò indirectè, secundariò, ac dependenter à me, Cic. adde incertos exitus pugnarū, Martemque communem, qui sæpè spoliantem, & exultantem euertit, & perculit ab abiecto, i. per abiectum, *dall'atterrato. Per man dell'atterrato.* Euersio, & perculsio originem habet, à Marte quidem primariò, ab abiecto verò secundariò. Id. Cic. frater laborat, vt tibi, quod debet, *ab Egnatio* soluat. Frater soluit principaliter, directè, ac independenter: Egnatius verò soluit secundariò, indirectè, ac dependenter à fratre: *per man di, &c.*

Mansio vndè *passiua duplex.*

94 MAnsio *vndè* passiua duplex est; directa s. & oppositoria. *Directa* est quando ab ea origo, ac principium habetur directè, ac principaliter, vt e.g. *discedo Roma*. Roma est causa passiua; quia patitur actum discedendi, & est passiua principalis, ac directa;

quia actus meæ discessionis principaliter, ac directè originem habet ab ea. S. Augustinus (Dom. 3. post Pascha) tanquam essent ab illo perituri: *come se haueßero à pare da lui. Come se da lui haueße da nascere la loro perditione* (Hoc tamen exemplum potest etiam intelli *actiuè*, si ille s. credatur acturus eorum perditionẽ 103.) *Oppositoria* verò est quando origo ab ea habetur oppositoriè; i. ab opposito, ac per reflexum, & dependenter à principali, vt e.g. *vnaquæque virtus relucet à suo opposito vitio*. Splendor principaliter originem habet à virtute: à vitio originem habet tantum oppositoriè; ac per repugnantiam, & reflexum; quatenus s. vitium ei opponitur, ac repugnat. *Disce Mariam moribus?* à moribus oritur cognitio Mariæ, oppositoriæ; quatenus s. tu eos directè consideras, i. que tibi opponuntur tanquam speculum.

Sextus quare dicitur disiunctiuus.

95 QVia alia res ab alia originem, ac principium habere non potest, nisi ab ea sit disiuncta; ideò hic casus originalis, potius *disiunctiuus*, quàm ablatiuus est appellandus.

Quæ adhærent sexto.

96 OMne nomen, verbum, aduerbium, ac præpositio, quatenus originem, ac principium ab aliqua re habent, adhærent mansioni *vndè*, vndè s. talis origo, ac principium, seu distantia habetur. Sextus n. semper originem, principium, disiunctionem, deriuationem, discordiam, priuationem, distantiam, & similia coniunctioni contraria, importat. *6 Post*

6 Post nomen.

97 OMne nomen, quatenus disiunctionem importat, disiunctiuo adhæret; licèt alijs rationibus adhæreat, & alijs casibus, e.g. Horatius, imperio, & potentia secundus à Rege: *il secundo dal Rè. Il secondo doppo il Rè. Dal Rè in poi. Dal Re in fuori*. Quia *secundus* principium habet à Rege. Ter. Virgo à viro integra: *intiera da huomo. Non tocca dà huomo. Vergine. Quale, cioè, sempre fu disiuncta da huomo*. Liu. exul, atque extorris à solo patrio. Hoc est, disiunctus à solo patrio. Cic. tam inops, aut ego etam ab amicis, aut nuda respublica à magistratibus. Et sic de singulis.

6 Post verbum.

98 OMne verbum, quatenus disiunctionem importat, disiunctiuo adhæret, licèt alijs rationibus adhæreat, & alijs casibus: e.g. *mutuor mutuaris: per torre in prestò*: adhæret disiunctiuo, quia importat disiunctionem: vt e.g. mutuor hoc abs te. *Ma per dare in presto*: ahæret adiunctiuo; quia importat adiunctionẽ: vt e.g. mutuor hoc tibi, & sic de cæt.

6 Post aduerbium.

99 OMne aduerbium, quatenus disiunctionẽ, ac distantiam ab aliqua re, impottat, disiunctiuo adhęret. e.g. lõgè à me procul à Roma. Et sic de cęt.

6 Post præpositionem.

à, ab, abs, è, ex: *da, di.*

101 PRæpositiones propriæ sexti, tàm actiui, quã passiui sunt, *à, è*, quæ pro ratione soni, assumunt b, bs, x, *A, & è*

A,& è præponuntur consonantibus, e.g. Cic. Antonius à fronte, à tergo, à lateribus tenetur. *E* forsitan nunquam actiuè vtimur sine *x*.

Ab, præponitur vocalibus; e.g. Cic. effice, vt ab omnibus, & laudemur, & amemur. Præponitur etiam aliquando, *l. n. r. s, & i.* consonanti. Cic. ab nullo ille liberalius, tractatus est. Id. Cic. ab senatu appellatus est. Sal. quod oppidum ab Rege defecerat. Sic. ab legatis; ab Ioue Virg. (i. 383.)

Abs; præponitur tantum sæpè *t*, Ter. itane contemnor abs te, atque abs tuis. Raró verò *que* Plaut. abs qua cauendum est nobis.

Ex, præponitur, & omnibus vocalibus, & omnibus consonantibus: quia *ex* cum omnibus consonat.

Supradictæ præpositiones sunt taliter sexti; vt cum fiat mentio de sexto, semper intelligantur annexę.

de.

De, est præpositio; quæ quatenus consideratur vis *è* seruit sexto, non secus ac *è* solum. Sed, & *è* & *dè*, non seruiunt sexto actiuo quia non sunt tantæ efficaciæ, ac vis, quantæ sunt *à, ab, abs, ex*. Quatenus verò consideratur *d* vim habet coniunctiuam, ac ideò coniunctiuo seruit: e.g. Cic. legati de pace: *legati di pace sopra la pace. Circa la pace. Intorno la pace. Intorno alla pace.* Id. Cic. de nocte venit: *di notte*. Id. Cic. de mense Decembri nauigare. *Del.* Cæs. cum de tertia vigilia Petrus, & Afronius castra mouissent: *circa là! sù là. Verso là.*

Præ-

Præpositiones sexti iunctæ, quid.

Præpositiones sexti iunctæ verbis neutris; importãt negationem: e.g. sum, *essere*. Absum, *non essere*. *Non trouarsi presente*. Desum, *non essere, Mancare*. Exsum, *non esser dentro*: & sic de cæt.

Iunctæ verò verbis processiuis, importat retrocessionem: e.g. cresco, *crescere* decresco, *screscere*, *discrescere*. Florio, *fiorire*. Deflorio, *sfiorire, disfiorire*. Texo, *tessere, intessere*. Detexo, vel extexo, *distessere*, *stessere*. Molior, *fabricare*: demolior, *sfabricare*. Nodo, *annodare*. Enodo, abnodo, *snodare, disnodare*, & sic de cæt.

Iunctæ autẽ nominibus, important priuationẽ, e g. amens amentis; demens dementis; hoc est, à mente: i. disiunctus à mente: non habens mentem: mente priuus: elumbis, *slobamato*: *dislombato*. Epes epedis, *spedato*. Et sic de cæt.

Quia verò prepositiones sexti suapte natura disiunctiuæ sunt; ideò iunctæ verbis disiunctiuis, vim augẽt; e.g. traho trahis *trarre*. Detraho, *detrarre*.

6 *Effectiuus.*

102 Aliquando, ipsa causa efficiente, non directe operante, sed se merè passiuè habente; ipsum patiens afficitur sese ab ea. In quo casu, ipsa causa efficiens, se merè passiuè habens, dicitur *effectiua*; quatenus s. effectus ex ea oritur; & non dicitur efficiẽs; quia effectus, non oritur ab ea actiuè, ac efficienter; sed tantum passiue. Qua tamen, & actiuè vti possumus: e.g. *passiuè*; læ[illegible]e. Mare tumet ventis: *actiuè*,

tua salus me lætificat. Venti tumefaciunt mare, &c. à tua salute oritur mihi lætitia; à ventis oritur maris tumor. Ter. dolore, & miseria tabescit: i. dolor, & miseria eum tabefaciunt. Id. Ter. iacentes hostes à verecundia. *Dalla vergogna. Per la vergogna.* Cic. cùm è via languerem. Id. Cic. mare collucet à sole Plin. si caput à sole doleat: i. si sol caput dolore afficiat.

Qui sextus effectiuus, potest mutari in quartũ cum *ob* vel *propter*, e.g. Cic. vestra culpa hæc acciderunt: hoc est, *ob* vel *propter* vestram culpam. Iacere à verecundia, vel *ob seù propter* verecundiam. Mare tumet à ventis; vel *ob* seu *propter* ventos, & sic de cæt.

6 Originalis communis.

103 ORiginalis, tunc est communis, cum eius origo, & actiuè, & passiuè intelligi potest: e.g. Cic. nihil n. valentius, à quo intereat: *da cui perisca. Dal qual perisca. Onde nasca la di lui total distruzzione.* Ouidius, occidit à forti (sic Dij voluistis) Achille: *tramontò, finì, morì dal, &c.* (à quo) & (à forti Achille) possunt esse causæ tam efficientes; quàm passiuæ.

6 Dependentiæ.

104 CIc. vide ne hoc totum scæuola sit à me. *Che tutto ciò non sia da me. Cioè, che non dipenda da me. Che non venga à dipendere da me.* Id. Cic. vt nemo contra ciuium perditorum popularem, turbulentamque dementiam à senatu, & à bonorum causa steterit: *che niuno stette dal senato. Che niuno fù dependente dal senato, &c. cioè, che niuno adherì col senato, ed à prò della causa delli buoni, contro, &c.*

6 Exer-

6 Exercitij.

105 QVatenus exercitium aliquod, originem habet ab aliqua re; talis res adhæret mansioni *vndè*: e.g. seruus à pedibus: *seruo da piedi: staffiero*; à pedibus; quia hoc exercitum, ac seruitiũ procedit à pedibus. Sic e. g. est à poculis: *è coppiero*: à secretis; *segretario* à cubiculo; Cãmariero, & sic de cæt.

Suet. suspexit Polibium à Audijs; Narcisum ab epistolis; Pallantem à rationibus: *esaltò Polibio, che lo seruì negli studij; Narciso, che lo seruì di segretario di lettere, e Pallante, che lo seruì di Rationale*. A quo tibi seruit Petrus? *di chi ti serue Pietro?* ab epulis, *di cuoco*. Suet. Epophrodius à libellis: *Epafrodio scriuano di memoriali.*

Sextus materiæ, ex qua.

106 MAteria, ex qua res fit, quatenus consideratur disiunctio partis, ab ipsa materia generali, adhæret disiunctiuo, e.g. homo factus de limo terræ. Cæs. naues totæ factæ sunt ex robore. Cic. candalebrum factum è gemmis.

Præpositio quando tacetur.

107 QVando sexus est agens: vel est animatus, & præpositio ferè nunquam tacetur; vel est inanimatus, & præpositio ferè tacetur. Cum verò sextus sit passiuus, tunc, vel sit animatus, vel inanimatus, ferè exprimitur: quia hìc locutio solet indigere vi præpositionis: vbi tamen hęc vis non est necessaria; ibi nõ est necesse, vt exprimatur: imò aliquando est tacenda; quando s. separatio est inualida; ita vt quasi videatur coniunctio.

CA-

CASVS SEPTIMVS seu potius CONIVNCTIVVS

108 CAsus septimus non est alius à sexto quò circ: vocem; sed est alius à sexto, quod ad significationem spectat: sicut n. sextus significat disiunctionem; ita è contrà septimus significat coniunctionem. Undè *coniunctiuus* est appellandus.

7 *Materialis.*

109 MAteria, cum qua; quia coniunctionem importat, coniunctiuo adhæret; e.g. ornauerunt faciem templi *coronis aureis: di corone con corone di*, &c. Virg.(2.8.835.) impleui *clamore vias.*

Quatenus verò posset etiam considerari possessio, posset etiam adhærere possessiuo; e.g. Cic. *argenti, aurique* febrefacta vasa. Sed hìc vis coniunctionis, (seu separationis ex ipsa materia generali) est tam valida, vt vix possit haberi respectu possessionis.

7 *Instrumentalis.*

110 INstrumentum est illud, quo vtimur ad aliquid faciendum. Et quia instrumentum est coniunctum cum ipsa actione; ideò coniunctiuo adhæret: e.g. Cic. *pedubus* iter conficere. Virg. (2. 229.) ille simul *manibus* tendit diuellere nodos. Sic scribere calamo, percutere baculo &c.

Quando instrumentum est proprium alicuius actionis; tunc eleganter tacetur, quia, quod intelligitur sine expressione, frustrà exprimitur: e.g. *oculi*, sunt instrumentum proprium videndi: dic ergo *videre*, & non oculis videre *audire*, & non auribus audire. *Loqui*, &

non

non ore loqui. Nisi illa expressio esset ad aliquid, e.g. tur & pedibus, & equo, & lectica aiijsque modis: ergò non frustrà dicitur. Ire pedibus. Ire equo, &c.

Vel 6 cum vulgare 3.

111 SEptimus casus, vel etiam sextus, aliquando habet vulgare adiunctiui (quatenus s. hìc significatur adiunctio) e.g. ludere pila: *colla palla*. Vel, *alla palla*. Folle, *col pallone*. Vel, *al pallone*. Cognoscere aliquem ex voce: *dalla voce*. Vel, *alla voce*. Incessu: *al caminare. Nel capinare. Dal caminare*, &c.

7 *Modalis*

112 QVia modus, quo fit ipsa actio, est coniunctus cum ipsa actione; ideò coniunctiuo adhæret, e.g. *quonam modo* id factum ferret Ciuitas? Id. Cic. sapientissimus quisque *æquissimo animo* moritur; stultissimus, *iniquissimo: coll'animo composissimo; scomposissimo*, &c. Id. Cic. pacem *summa virtute, atque incredibili celeritate* confecit. Sic e.g loqui summissa voce, elata voce, &c.

Et quia modus est quasi socius actionis, ac magnam habet partem in rebus agendis; hinc admittit coniunctionem *cum* e.g. ira procul absit, *cum quia* nihil rectè, fieri, nihil consideratè potest: *colla quale. Colla cui compagnai*. Id. Cic. semper *magno cum fletu* dicere incipio, *accompagnandomi vna gran paura*. Liu. *cum mvgnis fletibus* legatos ad portam prosequuti sunt.

7 *Concomitantiæ.*

113 PRæpositio *cum* ferè concomitantiam, significat:

cat: ideò nos ea vtimur, cum concomitantiam significare volumus; e.g. Petrus deambulat in platea cum Antonio; *con Antonio. Di compagnia con A. di conuersatione con A. insiememente, vnitamente, congiontamente con A.* Vendidi domum meam cum omnibus iuribus, i. domum, & omnia iura.

Obicies; concomitantia semper importat coniunctionem, & è contra; ergò totus coniunctiuus debet habeae præpositionem, *cum*.

E coniunctiuus importat coniunctionem; præpositio verò, *cum*, coniungit separata; e.g. miscere argentum cum auro. Vndè ea vtimur, vel ad coniungendũ; vel ad ostendendum plura coniunctim concurrere ad aliquid; habetque sæpè eandem vim, quàm habet cõiunctio *&* e.g. Petrus deambulat cum Antonio; i. Petrus, & Antonius deabulant coniunctim. Virg. (1.295.) Remo cũ fratre Quirinus —— iura dabũt. Ait, Quirinus cũ fratre Remo; pro, Quirin', & frater Rem'. Id. Virg. (2.441.) *diuellimur indè* —— Iphitus, & Pelias mecum; ait, *mecum*, pro, *& ego*. *Ci spiccamo indi Ifito, e Pelia ed io.*

7 *Emphaticus.*

114 Sæpè emphasis causa; i. ad auctionem, ac validiorem significationem, adiungimur ipsi verbo nomen eiusdem significationis; e.g. scriptura, *desiderio desideraui*. Ead. *morte morieris* Ead. qui honorat Patrem suum, *vita viuet longiori*. Isaia, 38. & *fleuit* Ezechias *fletu magno*. Cælius ad Cic. si Parthi nihil vos calefaciũt; nos hìc *frigore frigescimus*. Ps. 53. Deum non inuocauerunt:

runt: illi *trepidauerunt timore*, vbi non erat timor. *Là hebbero gran paura, doue non ci ne era.*

7 *Excessus.*

115 Excessus adhæret coniunctiuo; quia excessus est coniunctus cum ipsa re, qua quis alium excedit; i. superat, vincit, præcellit, antecellit, præstat, antestat: &c. Cic. Scipio omnes *sale faceti ysque* superabat: *superaua tutti nella grazia, e facezie.* Id. Cic. *lepore*, & *humanitate* omnibus præstitit Isocrater Id. Cic. *splendore* equiti Romano nemini cedit. Sal. cùm omnes *gloria* anteiret. Liu. quantum *merito* anteibat; tantum *honore* collegæ cesserat. Ter. incredibile est *quanto* Herum ante eo *sapientia. Di quanto l'auanzò di sapienza.* Sum altior te *palmo*: & sic de cæt.

7 *Pretij.*

116 Pretium adhæret coniunctiuo; quia necesse est, vt semper coniunctum sit ac interueniat in omni re (sine quo nihil) Plin. *viginti talentis* vna oratione Isocrates vendit. Cic. iam inuidio magistro tuo, qui te *tanta mercede* nihil sapere docuit: *con si grosso salario*. Id Cic. cùm Senatus æstimasset *ternis sextertijs* tritici modium. *Binis* ordei: *hauendo apprezzato il grano à tre sestertij il moggio, e l'orzo à due.* Liu. multorum *sanguine, & vulneribus* ea Pœnis victoria stetit. Cic. cuius in ædibus habitet *decem millibus*; *per diece mila. Per prezzo di diece mila. Cioè paghi di prigione diece mila sestertij.*

§ 2 Sæpè adhibetur ipsum nomen generale *pretium* cum suis adiectiuis exprimentibus, illius quantitatem,

non quidem distinctam; sed aliqualiter, sub quadam s. elatione vel diminutione; e.g. Liu. nec *minori pretio* redimi possumus. Id. Liu. *impenso pretio* venibat: *si vendeua à prezzo eccessiuo*. Val. M. *magno* vbique *pretio* virtus æstimatur. Sal. paruo cum pretio. Sed

§ 3 Ipsum nomen generale *pretio*, eleganter reticetur: quia verba sunt nobis necessaria ad exponendos personæ locutariæ, conceptos nostræ mentis: Vndè ea, quæ sine tali expressione intelliguntur, frustrà exprimuntur: ergò die e.g. *vili, viliori, vilissimo: caro, cariori, carissimo; magno, permagno, maiori, maximo, plurimo, duplicato, triplicato, centuplicato, immenso, impenso, minimo, tanto, quanto*, & sic de omni alio adiectiuo, quod substantiuo *pretio* adijci potest.

E.g. Ter. vt te redimas captum, quàm queas *minimo*; si nequas *paululo*. (Minimo s. pretio: paululo s. pretio.) *che ti riscatti per quanto più meno tu possa; non potendo per poco, e niente*. Cic. excogitare non poterat quemadmodum *plurimo* venderet: *à prezzo rigorosissimo*. Hor. viuere *paruo*: *viuere con poca spesa*. Liu. *magno* illi ea cunctatio stetit. Plin. *tanto* nobis deliciæ constant. Ouid. heu *quanto* regnis nox stetit vna tuis.

§ 4 Pretium etiã innuitur per aduerbium; e.g. carè, carius, carissimè. Benè, rectè, melius, optimè, malè, peius, vilius, vilissimè, &c. e.g. non benè pro toto libertas venditur auro. Hor. poema tam carè prodigus emit. Cic. emit domum penè dimidio carius, quam æstimabat. Plin. quicquid per Asellum fieri potest, vilissi-

lissimè constat, Sen. *carissimè constat*, quod precibus emptum est.

§ 5. Sæpè subintelligitur septimus casus *valore*, & tunc pretium ponitur in secundo; e.g. Plaut. nec tu habes seruum graphicum, & *quantiuis pretij*, si seruat fidē, (i. valore *quantiuis pretij*.)

Quod substantiuum *pretij*, eleganter tacetur, & tantum exprimitur eius adiectiuum: e.g. *tanti*, *quanti*, *pluris*, *minoris*, *tantidem*, *quanticunque*, *quantiquanti*, *quantiuis*, *quantilibet*, & sic de omni alio adiectiuo, vt dictum est § 3.

E. g Cic. *pluris* eum feci, i. valore pluris pretij eum feci. Id. Cic. vide *quanti* apud me sis? (i. quanti pretij valore:) *vedi in quanto prezzo, preggio, stima, tu sei appresso di me.* Iuu. Chrysogonus *quanti* docet? *per quanto? &c.* Plin. docuit neminem minoris talento. Cic. propè dimidio *minoris*: *quasi la metà meno*. Id. Cic. *quantiquanti* bene emitur, quod necesse est: *a qualsinoglia prezzo: &c.* Quint. *quanti* veheret, interrogaui: *quanto ne volea di vettura: &c.*

§ 6 Qui septimus casus *valore* non solum subintelligitur supradictis genitiuis adiectiuis, quibus subintelligitur substantiuum *pretij*; sed etiam subintelligitur substantiuis alijs à substantiuo *pretij*: e.g. *io ti stimo vna paglia. Quanto vna paglia. Del valore di vna paglia.* facio te paliæ.

Genitiui verò, qui frequenter reperiuntur adhibiti, sunt: *flocci*, *nauci*, *pili*, *teruncij*; qui genitiui solent

iungi cum verbis *facio, pendo, habeo, duco, puto*: & similibus verbis æstimationis.

E. g. Plaut. iam te teruncij faciunt. Id. Plaut. seruum meuum non *nauci* facere est ausus. Cic. hoc ipsum prorsus aueo scire, nec tamen *flocci* pendere. Ter. inuidere omnes, mordere clanculum, ego non *flocci* pendere: *tutti m'inuidiauano, mi murmurauano nascostamente, io non li disprezzauo.*

Et possunt huiusmodi genitiui, in septimo casu mutari: e.g. facio te palia, oculo, flocco, pilo, teruncio, &c. & in hoc, non subintelligitur *valore*: sed pretium consideratur contentum in ipsis septimis casibus, *palia: oculo*, &c. e.g. valet oculo: *vale vn'occhio. Cioè, vale tanto, quanto vale vn'occhio.*

Valeo.

§ 6 Verbum *valeo*, relatum ad pretium, adhæret etiã quarto: e.g. hic liber valet quindecim assibus, vel quindecim asses. Sed tunc credo adhærere quarto, cùm ad valorem alicuius monetæ refertur; e.g. denarius valet decem asses: as valet duodecim teruncios. Quatenus s. hæc moneta, *denarius*, comprehendit hos decem asses: & quatenus hæc moneta, *as*, comprehendit hos duodecim teruncios. Varr. denarij, quod denos æris valebant; quinarij, quod quinos: *denarij perche valeano diece, e quinarij perche cinque.*

§ 7 Hic sciendum est, quod denarius rij, ab Romanis, dicitur, *giulio* à Papa Iulio, & dicitur etiam, *Paolo*, à Papa Paulo, & à nobis dicitur, *carlino*, à Rege nostro

Ca-

Carulo, & dicitur denarius, *à decem*; quià comprehendit decem asses: as assis verò ab illis dicitur, *baioccho*, à nobis autem dicitur, *grano*, & ideò, *il grano* latinè dicitur *as assis*, quia constat duodecim teruncijs (*cioè, di dodici bagattini*. *Di* 12. *piccioli*.

§ 8 Nec ab re, hìc declaratur etiam, quod *as assis* significat numerum duodenarium. Vndè *libra* latinè dicitur etiam *as*; quatenus constat 12. vncijs, ac partibus; quæ sic partitur. Deunx deuncis; 11. *oncie*. 11. *parti*. Decunx decuncis, seu potius, dextanx dextantis; 10. *oncie*, 10. *parti*. Dodrans dodrantis; 9. *oncie*, 9. *parti*. Bes, vel bessis bessis; 8. *oncie*, 8. *parti*. Septunx septuncis; 7. *oncie*, 7. *parti*. Semis semissis; *mezza libra*, *la metà*, 6. *oncie*. 6. *parti*. Quicunx quicuncis; 5. *oncie*, 5. *parti*. Triens trientis; *la terza parte*, 4. *oncie*. Quadrans quadrantis; *la quarta parte*, 3. *oncie*. Sextans sextantis; 2. *parti*, 2. *oncie*, *cioè, la sesta parte della libra*.

§ 9 Sub quo nomine *as assis*, significatur quodlibet totum vniuersale vnde, e.g. succedere alicui in toto asse; est succedere in tota, ac vniuersa hæreditate Quia numerus duodenarius, est numerus vniuersalis, e.g. vniuersalitas sedium, in Paradiso iudicantium, non sunt nisi duodecim. Vndè Apostolus Paulus non occupat decimam tertiam sedem, sed includitur & ipse in ipso numero duodenario: & credo in prima cũ Petro.

§ 10 Sicut dicitur *as assis*: *il baiocchio*, *il grano*. Semis semissis; *il mezzo baiocchio*, *il tornese*. Sic credo posse dici, deunx deuncis; *gli vndici piccioli*, & sic de cæt. e. g.

hæc res mihi constat asse; *vn baiocchо, vn grano*; semis-se, *mezzo baiocchо, vn tornese*. Deunce, *vndici piccioli*, & sic de cæteris. Vel dic potius; vndecim teruncijs. Decem teruncijs, 9. teruncijs, & sic de cæt.

§ 11. Sesquias sesquiassis: *vn baiocchо. e mezzo*. Dipondius dij; vel dupondius dij: 2. *baiocchi*. Tressis tressis; 3 *baiocchi*. Actussis actussis; 8. *baiocchi*. Nonnussis nonnussis; 9 *baiocchi*. Decussis decussis; 10 *baiocchi*. Centussis centussis; 100. *baiocchi*: l. centum asses: *vn scudo*.

Sum.

§ 12 *Sum* adæret etiam secundo, e.g. Cic. cùm in Sicilia *sextertijs binis* tritici modius esset. Id. Cic. cùm in Sicilia *sextertiorum duorum* tritici modius esset. *Valendo à due sestertij il moggio*: e.g. *à chi prezzo vale il grano? à come vale? à come va?* quanti est, vel quanto est frumentum? r. e.g. decem carolenorum, vel carolenis.

§ 13 *Pondus*, & *mensura* exprimitur per *in* e.g. caro est quinque assibus in librâ. Frumentum venditur decem centussibus in modium &c.

7 *Medijs*.

117 MEdium, quo consequimur rem, adhæret coniunctiuo; quatenus s. est coniunctum cum ipsa re; e.g. quibus auxilijs hanc rem optinuisti? r. e.g. muneribus, fauoribus, labore; industria, amicis, sudoribus, intercessione talis; &c. Cic. (16. 6.) quidquid valeo, vel *auctoritate*, vel *gratia*; valebo tibi. *Col l'autorità, e fauore. Mediante la. Col mezzo. Per mezzo. Per via della, &c.*

§ 2

§ 2 Quâtenus verò ex tali medio insequitur consecutio rei, potest etiam adhærere mantioni; *vnde*: e.g. id consequutus sum ex tali medio, ex tali re, &c.

7 *Casus partis.*

118 SÆpè totum denominatur à parte, & quia pars est coniuncta cum suo toto; ideò coniunctiuo adhæret, e.g. Cic. sunt quidem, aut ita *lingua* hæsitantes, aut ita *voce* absoni, aut ita *vultu*, *motuque* corporis vasti, & agrestes; vt &c. Mart. *crine* ruber, niger *ore*, breuis *pede*, *lumine* luscus, rem magnam præstas Zoile, si bonus es? *di capellatura rosso, nero di faccia, &c.*

§ 2 Septimus casus partis mutatur in quartum partis, subintellecta præpositione *ad*, quatenus s. ab ipso toto portamus relationem ad aliquam illius partem, quæ ostenditur talis: e.g. ruber crinem, niger os, breuis pedem, i. breuis ad pedem, i. (vbi aliqui dicerent, breuis quoad pedem.) Virg. (1. 231.) & lachrymis oculos suffusa nitentes: *sparsa di lagrime à risplendenti occhi*. Id. Virg. (1. 592.) os humerosque Deo similis: *all'aspetto, ed homeri simile ad vn Dio*. Id. Virg. (2. 57.) ecce manus iuuenum interea, post terga reuinctum, i. reuinctum ad manus: *legato dalle mani*. Sic e.g. *ti allordi li scarpi*. Tibi coinquinaris calceos: vel te coinquinas calceos, i. ad calceos, *alli scarpi*: *è rossa alle guancie*: est rubra genas, i. ad genas, i. habet genas rubras, & sic de cæteris.

§ 3 Per quartum, & septimum partis, non loquimur analogè; sed anomalè; quia communiter dicitur

e.g. Zoilus habes vocem absonam. Vel, es vocis absonæ, &c. iuuenem manibus reuinctis post terga: *colle mani legate dietro alle spalle, &c.*

7 *Generis.*

119 QVia genus, quatenus comprehendit sua indiuidua, coniunctionem importat; ideò coniunctiuo adhæret; e.g. Petrus *natione* est gallus, *patria* lutetianus, *proffessione* philosophus, *religione* dominicanus, *secta* catholicus, *dignitate* Episcopus, &c.

7. vel 4. temporis: vide 79. & §. 2. & 3.
spatium, ibidem 5. 4.
mensura ibidem §. 7.

Finis libri septimi.

Hic sequitur liber secundus de regulis generalibus. Quarum duæ tantum in præsens: cæteræ remanent cũ reliquo operis edendo, annuente Deo.

REGVLA PRIMA
Dignius præferendum.

RAtio nihil aliud est, quàm ipsa rectitudo. Quoties ergò rationabilis homo, non agit secundum rationem, agit irrationabiliter. Vbi verò plures adsunt rationes alia aliâ potior, ibi eò rationabilius procedamus, quò potiorem sequimur hinc.

§2 Ad tribuendum vnicuique ius suum, vt ipsa iustitia iubet, loquenti necesse est, vt in loquendo, rem digniorem præferat rei minus dignæ, magisque eam æstimet, ac respiciat: e.g. mas est perfectior femina, ergò dignior; ergò mas est præferendus feminæ; ergò dicendum, e.g. *Petrus*, *&* *Catharina boni* : & non *bonæ*. *Qui*, & non *quæ*. Quia respicitur, ac præfertur maior æstimatio Petri, & licèt adessent plures feminæ, & vnus tantum mas; tamen non respicitur accidentalitas pluralitatis: sed, re ipsa, dignitas, pluralitas n. est accidens: & est respicienda, ac consideranda substantia, & non accidens. Sed.

§3 Obijcies, mancipium est homo, & tamen dicitur e.g. Catharina, & Mancipium *bonæ*, & non *boni*: *quæ*, & non *qui*. Ergò, &c. R. mancipium (seu manucupiū) non consideratur vti homo; sed vti officium, ac subiectum seruitutis, & hinc illius genus desumitur à terminatione, & non à natura humana, ac sexu masculino, & *mancipium* est etiam idem ac *dominium*. Vndè, *aliquid alicui mancipio dare*; est idem ac illi illud absoluto dominio dare: e.g. Lucretius, lib. 3. *vita mancipio nulli datur*: & *emancipare* est *è proprio mancipio*, *ac dominio liberare*.

§4 *Verum* est dignius *ficto*: genus in rebus inanimatis est fictum: quia res inanimatæ, non habent sexum, vt sint, vel mares, vel feminæ; sed in eis genus fingitur: cum his genus tribuatur tantum ab eorum terminatione simili masculino, vel feminino: ergò in illis

præ-

præferendum est genus neutrum, quod est verum (i. nec masculinum, nec femeninum:) & non masculinũ, & femeninum, quæ sunt genus fictum. Vndè quoties præcedentia nomina inanimata, non sunt omnia masculina, vel omnia femenina, semper adijcitur eis adiectiuum neutrum: e.g. morbus, & mors fugienda sunt. Imò etiam plura nomina femenina, vel masculina potest sequi genus neutrum, e.g. Liu. ita, & auaritia imperio *potentiora* erant: & non dixit, *potentiores*. Vel huiusmodi concordantia intellige entaliter: i. erant entia potentiora.

§ 5 Persona prima est dignior secunda, & dignius trahit ad se minus dignum, ergò dicendum est, e.g. *ego, & tu amamus*, vel similiter, e.g. *ego, & vos amamus* (§. 2.) Persona secunda est dignior tertia, ergò dicendum est, e.g. *tu, & ille amatis*. Si tertia vingitur à secunda, eò magis vincitur à prima, iuxta illud: *si vingo vincentem te eò magis, vinco te*. Ter. (adel. a. 3. sc. 2.) ego vapulandò, ille verberandò, vsque ambo defessi sumus. (Ego, & ille sumus.)

§ 6 Nomen proprium est dignius nomen appellatiuo, ideò concordantia debet fieri ex dignitate, & iustitia, cum nomine proprie: e.g. *Athenæ sunt Ciuitas*: rectius, quàm, Athenæ est Ciuitas.

§ 7 Proximitas est dignior longinquitate. Vndè Cic. *vos, & Senatus restitit*. Respexit dignitatem vicininitatis: si n. respexisset dignitatem primæ personæ, dixisset; *restitistis*. Non potuisset dicere; *restitit vos. & Senatus*,

batus, quia nullam dignitatem prætulisset, neque potuisset dicere, *vos, & restitit Senatus*: quia verbum est etiam proximum ad *vos*.

REGVLA SECVNDA

Deriuatio nominis à verbo.

Veniunt à verbo multa nomina, & omnia nomina, quæ deriuantur à verbo, dicuntur *nomina verbalia*.

Nomina verbalia quot.

§ 2 Nomina verbalia sunt sex; agens s. perfectum, actionale, aptitudinale, modale, & tertiarum. De quibus singillatim.

Agens triplex, in or, tix, tis.

§ 3 Nomen verbale agens est triplex; aliud s. masculinum in *or* latinum, & *re* italum. Formaturque à supino, mutato *um* in *or*, e.g. amat*um*, amator, amatoris, *amadore, amatore*. Gubernat*um*, gubernator gubernatoris; *gouernadore, gouernatore*. Doct*um*, doctor doctoris: *dottore*. Mot*um*; motor tis, *motore*. Lect*um*, lector ris; *lettore*. Fact*um*; factor tis; *fattore*. Audit*um*, auditor ris, *Auditore*. Et sic de omni alio verbo importante actionem.

Quod nomen italum in *or*, italicè formatur etiam ab infinito italo interiecto *to* vel *do* e.g. *amare, amatore, amadore: vdire, vditore*: sed *e* ante *re* mutatur in *i* e.g. *leggere leggitore*. Ergò à lectum, dic *lettore*: *da leggere, di*

leggi-

leggitore: à motum, dic *motore*; *da mouere, di mouitore*. & ſic de cæt.

Aliud femeninum in *rix* latinum, & *ce* italum. Formaturque à ſupino, mutato *um* in *rix*, e. g. ama*tum*, ama*trix* àmatricis, *amadrice*, *amatrice*. Gubernat*um* guberna*trix* gubernatricis; *gouernadrine*, *gouernatrice*. Do*ctum*, doctrix doctricis, *inſegnatrice*. Quod nomen italum in *ce* formatur, vel à ſupino, vel ab infinito italo, vt melius vſu veniat, e.g. ab audit*um* dicitur, *auditrice*. *E da vdire*, dicitur, *Vditrice*. (§ 4.) & sic de omni alio verbo importante actionem.

Aliud commune in *ans*, vel *ens*. Formaturque à prima voce imperfecti, mutato *bam*, vel *bar* in *ns*; e.g. ama*bam*, ama*ns* amantis; *amante*. Gubernabam, gubernan*s* gubernantis; *gouernatore*. Lege*bam*, legens legentis *leggente*. Præliabar, prælians præliantis: *combattente*. Et sic de omni alio verbo importante actionem.

Verbale perfectum.

§ 4. Nomen verbale perfectum, formatur à ſupino; illud declinando, vt *bonus na num*: e.g *amatum*, dic, *amatus amata amatum*, & sic de cæt.

Si venit à verbo in *o*, regente accuſatiuum, eſt paſſiuum, e.g. amo as vi *amatum*, hinc dic, amatus ta tum, *amato*: cioè, *quegli, che fù, o era ſtato amato*. Si verò venit à verbo in *or*; tunc ſi verbum non regit accuſatiuum ſēper eſt actiuum; e.g. præliatus: *quegli che hà, ò hauea cōbattuto*. Præliata; *colei, che hà, o hauea combattuto*. Si verò venit à verbo in *or*, quod regat accuſatiuum, tunc, & acti-

actiuum, & passiuum esse potest: e.g. expertus: *quegli, che hà, o hauea esperimentato*, & passiuè, *quegli che fù, o era stato esperimentato*. Et sic de cæteris. Sunt aliqua verba neutra, quæ habent præteritum in *us*, vt, e.g. gaudeo, gauisus gauisa gauisum. Audeo, ausus a m. fido, fisus a m. confido, confisus a m. cæno, cænatus a m. prandeo, pransus a m. quæ sunt eiusdem significationis, cuius ipsa verba: e.g. cæno, *cænare*; cœnatus, *quegli, che hà, o hauea cenato*. Gauisa, *colei, che si rallegrò, ò si haueà rallegrata*, & sìc de cæt.

Verbale actionale.

§ 5 Nomen verbale actionale. Formatur à supino, mutato *um* in *io*, e.g. attendo attendis attendi attensū, hinc dic attensio attensionis, *l'attensione*; *l'attendimento*: *l'azzione dell'intelletto*; *l'applicatione dell'intelletto*. Intendo intendis, intendi, intensum, hinc dic, intensio intensionis; *l'intensione*: *l'intendimento*; l'azzione *della volontà* qua s. ipsū agens, vuult agere tale. Ago agis egi actū: actio actionis: *azzione*; & sic de omni alio supino; e.g. amatum; amatio amationis. *Amagione, amazione, amamento, l'amare*; *cioè essa azzione d'amare*. Operatum operatio nis. Penetratum, penetratio nis. Præliatum, præliatio nis. Donatum, donatio, donationis, & sìc de singulis: e.g. Plautus, acerba amatio est. Id. Plaut. cū tua hac amica, cumque amationibus.

Sed quando verba primæ coniugationis, habent supinum in *itum*, vel *etum*, fingitur in *atum*, e.g. cubo cubitum, fac cubatum, & indè cubatio nis. Præsto præ-

stitum,

ſtitum, fac præſtatum, & indè præſtatio nis, &c,

A ſupino in *ſum*, venit actionale in *ſio*, e.g. diſſentio tis ſi ſum, hinc diſſen*ſio* nis: ſic, à manſum, man*ſio* nis, & ſic de cæt. & à ſupino in *tum*, venit actionale in *tio*, e.g. diſſepio pis pſi diſſep*tum*, hinc, diſſeptio nis; *diſſepamento*, & ſic de cæt.

Verba in *ve*, ſolent formare actionale in *itio*, e.g. ar*guo*, argutum, argu*itio*: *pluo* plu*tum*, plu*itio*, & hinc participium in *rus*, e.g. Sall. falſum filium argu*iturí*.

Quod nomen actionale in *io* exit etiam in *vs* e.g. cubatio nis, vel, cubitus cubitus; viſio nis, vel viſus viſus; auditio nis, vel auditus tus, Guſtatio nis, vel guſtus tus; tactio nis, vel tactus tus; cultio nis, vel cultus tus, & ſic de cæt,

Nomen actionale eſt duplicis ſignificationis, actiuè s. & paſſiuè; *actiuè* quidem ex parte agentis; *paſsiuè* verò ex parte patientis, e.g. *ego amo te*, Hic oritur amatio; quæ ex parte mea amantis, importat actionem, & ex parte tua amati, importat paſſionem,

Vbi verò tantum actiuè ſignificat, vtimur potius nomine in *vs* e.g. Plin. *vuæ forenſes celeres prouentu*: melius quàm, *prouentione*. Plaut. *nunc obſonatu redeo*; melius, quàm, *obſonatione*. Liu. *prodigium euentu mirabile*: potius, quàm, *euentione*, ſic de cæt.

Verbale aptitudinale.

§ 6 Nomen verbale aptitudinale, formatur à ſecunda voce præſentis, mutato *s* in *bilis*, e.g. amas ama*bilis*; legis, leg*ibilis*; audis, aud*ibilis*; in *doceo* verò *e* mutatur

in *i*;

in i; doces docibilis; verba in *or* formantur in *o*, e.g. vtor, die, vto vtis, & hinc, vtibilis, & vtibile.

Quod nomen in *bile*, à me appellatur *aptitudina*le, quia semper importat aptitudinem; e.g. aurum potabile; *oro potabile*, i. aptum potari, quod potest potari. Res visibiles, *cose visibili*, i. aptæ videri; quæ possunt videri. Comestibilia: *comestibili*, i. res aptæ, bonæ, habiles, idoneę comestioni; bonæ comedi. Io. 6 & erunt omnes docibiles Dei, i. Deus possidebit omnes aptos doctioni, aptos doceri.

Nomen in *bile* ferè importat aptitudinem passiuam; e.g. anima est inuisibilis: *è inuisibile*, i. non apta videri, non potest videri, corpus est palpabile, *palpabile*, quod s. potest palpari, aptum palpari: possibile; *possibile*, quod s. potest fieri, quod s. est aptum fieri.

Aliquando adhibetur etiam actiuè; dummodo intelligatur sine æquiuoco, e.g. Virg. penetrabile frigus, i. penetrans; quia frigus est aptum penetrationi actiuè, non passiuè. Id. Virg. penetrabile telum.

Præcipuè intelligitur etiam actiuè, cùm veniat à verbis, non regentibus accusatiuum, e. g. Virg. illacrymabilis Pluto, i. non aptus effundere lacrymas, *l'illagrimabile Plutone*. Id. Virg (2.4.) lamentabile regnū; *il lamentabile regno*, i. aptum lamentationi, i. aptum ad lamentationes excitandas; *che ti fà venire il pianto à voce alte*.

Nec formatur in *bile*, dumtaxat nomen cui aptitudo verificatur inhærens (i. verificatur directum patiens,

tiens, vel agens,) vt supra, sed etiam nomen, cui aptitudo verificatur cohærens; e.g. locus curribilis; *luogo curribile*: cui s. cohæret aptitudo, vt curratur: in quo s. potest curri: aptus s. vt in eo curratur, vel currant. (lib. 7. n. 59. & §. 2.) & quia actio semper cohæret ipsi tempori, in quo fit, hinc e.g. Ecc. *nunc tempus acceptabile*, i. aptum, opportunum, idoneum, appropriatum acceptationi, i. acceptabile ipsi Deo, in quo s. ipse Deus acceptat indulgentius. Virg. (2. 332.) *venit summa dies, & ineluctabile tempus*. i. tempus nobis ineptum, inhabile luctationi, in quo s. non possumus luctari ad nostram defensionem.

Ammuniter grammatici explicant hoc nomen in *bile* cum significatione dignitatis: e.g. *res palpabiles*; i. dignæ palpari. Sed hoc mihi videtur prorsus ab re. Nam licet in *amo* videatur sic posse intelligi; tamen veram significationem huius nominis in *bile*, est aptitudinis, & non dignitatis, etiam in *amo*, e.g. qualitates amabiles: *qualità amabili*. *Cioè consiliatiue, ed attrattiue d'amore, che traeno ad amarle*, i. habiles, aptæ, idoneæ ad conciliandum amorem. Cic. pax ciuilis fuit mihi semper optabilis: *mi fù sempre desiderabile*: *cioè conciliatiua, attrattiua del mio desiderio*: *mi hà tratto à desiderarla, cioè, io sempre desiderai la pace ciuile*: nam e.g. si fuit tibi optabilis, fuit apta ad te trahendum, & si te traxit, optauisti, & nisi te traxerit, non eam optauisti. *Sempre mi trasse à desiderarla*.

A nomine adiectiuo in *bile*, venit substantiuum in *bilitas*

litas; mutato *s* in *tas*, e.g. amabilis, amabilitas amabilitatis, *amabilità: amabiltà*, i. ipsa aptitudo in amando. Passibilis, passibilitas tatis: *Passibilità: Passibiltà*. Affabilis, affabilitas, atis: *affabilità: affabilta*, i. ipse aptitudo in fando. Legibilis, legibilitas atis. *Leggibilità: leggibiltà*, & sic de cæteris verbis importãtibus actionem.

Verbale modale.

§ 7 Venit à verbo, & aliud nomen in *ura*, quod à me appellatur *modale*, & eo, quia importat modum; e.g. *osseruagli la caminatura, la guardatura, la parlatura, la portatura*, &c. *cioè il modo del caminare, del guardare, del parlare, del portamento, &c.* obserua ei ambulaturam, aspecturam, locuturam, portaturam; &c. Plin. (lib. 37.) & quidem Calaides tali *sectura* formantur: *di tal segatura: cioè, di tal modo di segamento.*

Formatur à supino, mutato *m* in *ra*, e.g. scriptum, scriptura; sartum, sartura; coctum, coctura; & sic de cæt. & quia modus actionis, & ipsa actio fiunt simul concretiuè; hinc sæpè nomen modale intelligitur pro ipsa actione, e.g. lectura non solum intelligitur pro ipso modo legendi; sed etiam pro ipsa lectione, ac toto ipso lectionis cursu.

Verbale tertiarum.

§ 8 A verbis; quæ præter accusatiuum, habent etiã tertium casum, venit & aliud nomen in *arius*, quod à me appellatur *tertiarium*; ex eò, quia importat ipsum tertium casum, e.g. *do tibi rosam*, ego dicor *dans*, seu *dator*, tu verò cui ipsa rosa datur, diceris, *datarius*.

Quod nomen formatur à supino, mutato *um* in *arius*, e.g. dat*um*, dat*arius*, dat*aria*, dat*arium*. Donat*um*; donat*arius* a m. commiss*um*, commiss*arius* a m. commodat*um*, commodat*arius* a m. mutuat*um*, mutuat*arius* a m. mandat*um*, mandatarius a m. commendat*um*, commendat*arius* a m. commiss*um*, commiss*arius* à m. tribut*um*, tribut*arius* a m. locut*um*, locut*arius* a m. confess*um*; confess*arius* a m. & sic de omni alio verbo quod præter quartum, habet etiam tertium, quem significat hoc nomen in *arius*.

Quod nomen in *arius* venit etiam à nomine, quando s. verificatur eadem significatio, e.g. *secretarius* est ille, cui secreta communicantur. Sic *consiliarius* est ille, cui nostram mentem communicamus, vt super illa re cōsilium nobis detur, e.g. Scrip. aut quis eius consiliarius fuit? i. aut cui ipse communicauit mentem suam ad petitionem consilij. Sic *pensionarius*, est ille, cui pensio soluitur. Sed hoc potius venit à verbo pendo pendis pendi pensum; licèt non habeat eandem formationem. Sic *tributarius* est ille, cui soluitur tributum, seu vectigal, e.g. Plaut. (lib. 12. c. 1.) ad tributarium pertinet, vt gentes vectigal pro vmbra pendant.

Sed hodie est errore introductum vt *tributarius*, intelligatur ille, qui vectigal, seu tributum soluit, e.g. dicunt, *hoc regnum Neapolis, est tributarium Papæ*. Vbi dicendum est; *Papa est tributarius huius regni*. Quia hoc regnum est tribuens, non tributarium.

Hæc regula secunda, est quàm vtilissima discendo.

Exer-

Exerceatur ergò per singula verba & vbi aliqua nomina vsuuenium incompofita ac dissona; ea fiót tibi scientiæ ,, & non vsui.

LIBER DVODECIMVS

DE INFINITIS

Infinitum quid.

1 INfinitum in materia nostra, est verbum in quasdam voces mancas contractum, ex oppressione nominatiui.

2 Dixi, *In quasdam voces, mancas contractum*; quia omne verbum finitum contrahitur, ac restringitur in tres voces; tres s. actiuas; *amare, amauisse, & amaturum esse*. Et tres passiuas; *amari, amatum esse, & amandum esse*.

3 Dixi, *mancas*; quia supradictæ voces, cùm careant nominatiuo, carent consequenter multis perfectionibus, e.g.

Verbum finitum habet personas claras, & distinctas pro qualibet sua voce; e.g. ego amo, tu amas, &c. infinitum verò minimè; persona n. nisi exprimatur, nescitur, e.g. cùm dicatur *amo* intelligitur, *ego*, cùm dicatur *amas*, intelligitur, *tu*, cùm dicatur, *amamus*, intelligitur, *nos*, & sic deinceps; sed cùm dicatur, e.g. *amare*, ignoratur persona, nisi exprimatur, *me amare, te amare, &c*.

Verbum finitum habet numerum distinctum: infinitum verò minimè, nisi n. manifestetur persona, numerus ignoratur: nam cùm dicatur, e.g. *amare*, ignoratur numerus, nisi adiungatur e.g. me, te, illum, nos, vos, illos, &c.

Verbum finitum semper significat tempus distinctum, e.g. *amo* significat tempus præsens: *amabam* significat tempus imperfectum; *amem* signat sextum receptaculum; *amarem* signat septimum receptaculum; *amare* verò comprehendit omnia hæc quatuor receptacula, confusim, itaut nisi colligatur ex verbo antecedenti, sumus in obscuris inter hæc quatuor receptacula.

4 Dixi, *ex oppressione nominatiui.* Hìc sciendum est, infinitum præsentis duplex esse, alterum s. accidentale, & alterum ex se, infinitum accidentale est illud, quod accidit ex oppressione nominatiui (6.) infinitum verò ex se, siue absolutum est illud, quod verificatur non, oriens à nominatiuo suppresso, sed stans absolutè loco nominis actionalis (10.)

Infinitum vndè.

2 DIcitur autem infinitum ex *in*, & *finis*, i. sine fine, sine perfectione, caret n. perfecto sensu, ac intelligentia, e.g. *Petrum amare*; nihil finitè significaretur.

Infiniti voces indeclinabiles, & ratio.

3 SVpradictæ voces ex natura infiniti, sunt omnes indeclinabiles; e.g. credo, vos amaturum, amatum, & amandum. Gracchus; credo ego *inimicos meos*

hoc

hoc esse *dicturum*. Val. Antias, Aruspices dixerunt *omnia* ex sententia *processurum*. Liberius, non putaui hoc *eam* esse *dicturum*. Cic. *hanc* sibi rem præsidio sperant *futurum*.

Et licèt pro voce in *tum*, vt e.g. amatum expertum, &c. & pro voce in *ndum*, e.g. amandum, experiendum, &c. auctoritatem non habeam, tamen eadem ratio inhæret & his alijs duabus vocibus.

voces autem infiniti sunt indeclinabiles de natura sua: quia infinitum est verbum contractum; atque hinc eius voces sunt quasi membra attracta, & consequenter inextendibiles. Hinc eis vtimur in vtroque numero, & in omni genere, sic indeclinabiliter.

Hodiè tamen vtimur vocibus participij in *rus, tus*, & *ndus*, e.g. credo vos amaturos, amatos, & amandos. Credo ego *inimicos meos* hoc esse *dicturos*: Aruspices dixerunt *omnia* ex sententia *processura*. Non putaui hoc *eam* esse *dicturam*: *hanc* sibi *rem* præsidio sperant *futuram*.

Infinitum quotuplex

4 INfinitum triplex est, nempè infinitum simplex infinitum gerundium, seu infinitum in *ndum*, & infinitum supinum, seu infinitum in *um*, de quibus sigillatim in hoc libro.

DE INFINITO SIMPLICI

Infinitum simplex quid.

5 INfinitum simplex est verbum in tres voces indeclinabiles contractum ex oppressione nominatiui, (1.)

Nominatiui suppreßio, & ratio.

6 INfinitum insequitur, ac fit ex oppressione nominatiui. Quia cùm verbum antecedens cadat super nominatiuum sequentem; illum præmens conculcat in accusatiuum; & conculcato nominatiuo, qui est generans verbum, contrahitur & ipsum verbum in tres voces dumtaxat, quasi in tria frusta, imperfectas, ac indeclinabiles: e.g *credo te diligere Deum*: quia ly *credo* antecedens, cadit, ac præmit te, qui diligis: itaut fit idem ac *credo te diligentem Deum*: & passiuè, *crederis à me diligens Deum*, nisi ipse nominatiuus in formam accusatiui suppressus exoneretur, liberetur que ab huiusmodi incumbentia, ac suppressione, interpositione alicuius conuenientis particulæ (39.) in fulcimentum; vt verbum antecedens non præmat ipsum nominatiuum; sed adhæreat ipsi fulcimento, e.g. *credo quod tu diligis Deum*: hic hoc *credo* adhæret fulcimento, *quod*, quo remoto, verbum necesse est, adhæreat ipsi nominatiuo; qui, cùm sit flectibilis, conculcatur in accusatiuum.

§ 2. Aliqua verba, licèt non possint resolui, vt supra; tamen verificatur huiusmodi incumbentia; e.g. *gaudeo, te beneualere*; *Fama est, te esse in Syria*, &c. quia hoc gaudium, & hæc fama, verificatur cadentia super te, teque prementia, ac supprimentia in formam accusatiui, nisi restituaris, vt dictum est, per fulcimentum, e.g *gaudeo, quod tu beneuales*: quia hic ly *gaudeo* adhæret fulcimento, *quod*, & tu remanes exoneratus, ac liber ab huiusmodi incumbentia, & consequenter restitutus in tua naturali libertate.

§ 3

§ 3 Fulcimentum verbi antecedentis, ne supprimat nominatiuũ sequẽtem; loquendo italicè, est (*che*) e.g. *io credo, che tu ami*. Loquendo verò latinè est (*quod*) e.g. ego credo, quod tu amas: & etiam est fulcimentum particula (*vt*) sed vide n. 39.

Suppressio animastica.

7 Supprimitur ipse nominatiuus, non solùm à verbo; sed etiam ab aliqua vehementis animi passione, e.g. Virg. (i. 41.) *mene incepto desistere victam?* quia sicut supra (6.) nominatiuus verificatur patiens verbi antecedentis, ita hìc agens, ac supprimens, est ipsa vehemens animi passio, *che io ne desista vinta dalla impresa?* sic e.g. *che io parli à lui?* quod ego loquar ei? vel infinitè: *io parlare à lui?* me loqui ei? quatenus s. ipsa vehemens admiratio, verificatur supprimẽs, ac constringens. Cic. (14 i.) me miserum: te ista virtute, probitate, humanitate, in tantas ærumnas propter me incidisse? Tulliolamque nostram ex quo Patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus? *hauer tu* &c.

Verbi suspensio, ne fiat suppressio.

8 Potest ipsum verbum præcedens à sequenti nominatiuo suspendi, ne illum supprimat, atque conculcet. Vbi ferè verbum ipsum antecedens, fertur post ipsum nominatiuum, e. g. Cic. tu omnia, credo, vidisti, i. credo te vidisse omnia. Id. Cic. quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexisti, credo, i. credo te parum intellexisse, & aliquando etiam præ-

cedit (18. § 2.) quod & fieri potest per omne tempus.

Infiniti constructio.

9 INfinitum ante se habet nominatiuum conculcatum, i. suppressum in accusatiuum: post se verò habet ipsos casus verborum. e.g. diligis Deum, credo te diligere Deum, seruis Deo, credo te seruire Deo.

Infinitum simplex duplex est, nascens s. & natum ex differentia.

10 INfinitum simplex duplex est, nascens s. & natum: infinitum nascens est illud, quod adhæret ipsi nominatiuo suppresso generante, à quo s. nascitur e.g. *credo Petrum amare.* Hic, hoc infinitum *amare*; verificatur nascens ab ipso Petro amante: infinitum natum est illud, quod est disiunctum, quod s. pronunciatur separatim ab ipso generante.

§ 2 Infinitum nascens retinet naturam verbi, licèt contractis aliquibus imperfectionibus (i.) infinitum verò natum, excepta constructione verbali, quam semper retinet, est idē ac nomē verbale actionale, e.g amare: *l'amare l'amamento, l'amagione, l'amazione*: e.g. amare tuum, i. amatio tua: amauisse nostrum, i. amatio nostra, quam egimus. Hor: vsque veraces cecinisse, i. circam cautionem peractam. Tuum esse Marini, sanè mihi placet: *il tuo stare in*, &c. (43.)

§ 3 An verò possimus vti in nomen, vocibus in *rum*, vt amaturum: in *tum*, vt amatum, & in *ndum*, vt amandum, e.g. amatum tuum, i. amatio tui acta. Præliatum tuum, i. præliatio tua peracta. Amaturum tuum, i.

ama-

amatio, quam tu agere habes. Amandum tuum, i. amatio tui, quæ habet agi; &c. licèt ratio loquendi non repugnat, & locutio esset persuccinta, tamen, qa hic vsus non experitur, ideò, id sit tantum dictum discussionis causa, ad apertionem intellectus.

Euitatio amphibologiæ.

11 VBicumque infinitum parit sensum amphibologicum, i. ambiguum, tunc ibi ad euitandam amphibologiam, locutio est facienda per alias loquendi formulas claras; nempè e.g. vel interposita conuenienti particula (39.) vel suspenso verbo (8.) si verò ambiguitas oritur causa duorum accusatiuorũ animatorum, e.g. *credo, che Pietro uccise francesco* si dicatur: *credo Petrum occidisse franciscum*: potest dubitari qui nam sit occidens, & qui occisus, ideò ad euitandã amphibologiam, fiat alio modo, e.g. *credo à Petro fuisse occisum franciscum*: tamen quoties repetiuntur duo accusatiui, primus est iudicandus agens, e.g. Ter. iubeo te illum amare.

VERBI INFINITI CONIVGATIO PRIMA PARTITIO.

Primum receptaculum.

12 PRæsens, me amare; *che io amo*, te amare; *che tu ami*, illum amare; *che colui ama*, pl. nos amare; *che noi amamo*, vos amare; *che voi amate*, illos amare; *che coloro amano*, *o stanno amando*.

2 Re-

2 *Receptaculum.*

13 PRæt. imp. me amare; *che io amauo, o stauo amando*, te amare, &c.

§ 2 Hic si præcedat verbum præsentis, non fit infinitum; quia generat amphibologiam; e.g. *io credo, che tu staui mangiando*; si fiat, *credo te comedere*; intelligitur: *credo, che tu stai mangiando*. Quia potius ad æquale, quã ad inæquale fit relatio, vbi ratio non apparet aliò esse faciendam ipsam relationẽ. Ergo fiat suspenso verbo, Tu comedebas, credo: vel aliter (11.)

3 *Receptaculum.*

14 PRæt. perf. me amauisse, *che io amai, ed hò amato*. te amauisse, &c.

4 *Receptaculum.*

15 PLusq; perf. me amauisse; *che io haueuo amato*, te amauisse, &c.

§ 2 Hic si verbum præcedens est præsentis, vel imperfecti, non fit infinitum, ne fiat relatio ad perfectũ, sed fiat suspenso verbo, e.g. *credo, che tu haueui amato*. Tu amaueras, credo. *Credeuo che tu haueui amato*. Tu credebam, amaueras, Vel fit aliter (11.)

5 *Receptaculum.*

16 FVturum me amaturũ, rã, rũ, *che io amarò*: te &c. pl. nos amaturos ras ra: *che noi amaremo*, vos, &c. (24)

§ 2 Hoc receptaculum circumscribitur ad libitum; per *futurum*, & *vt*. Vel per *fore*, & *vt*, vel per *futurum, futuram futurum* Pl. *futuros ras ra*. e.g. *credo, che elle amaran-*

ranno la virtù; credo, illas amaturas virtutem: *vel*, credo futurum, vt illæ ament virtutem; *vel*, credo fore, vt illæ ament virtutem; *vel*, credo illas futuras, vt amēt virtutem; *vel*, credo illas futuras amantes virtutis.

Passiuè; *credo, che elle saranno amate da te*; credo illas amandas à te; *vel*, credo futurum, vt illæ amentur abs te; *vel*, credo fore, vt illæ amentur abs te.

§3 Quæ particula, *vt*, si præcedat verbum præsentis, refertur ad 6. receptaculum, (quatenus s. est futurum, de præsenti n. itur ad futurum) e.g. Cic. valdè suspicor *fore*, *vt* infringatur hominum potentia: *che si spezzi, che s'habbia à spezzare la di loro*; &c si verò verbū præcedens non est præsentis, tunc particula, *vt*, te refert ad receptaculum 7. e.g. Cic. nunquam putaui *fore*, *vt* supplex ad te *venirem*.

§4 Præcipuè verò hoc futurum circumscribitur, cùm verbum careat supino, e. g. *credo, che elle impararanno*, credo *futurum*, *vt* illæ discant: credo, *fore*, *vt* illæ discant: credo illas futuras, vt discant: *credo, che elle si ripentiranno*: credo *futurum*, *vt* illas pœniteat: credo *fore*, *vt* illas pœniteat: credo illas futuras pœnitentes. Sen. nunquam putaui *futurum*, *vt* Pater meus liberos odisset.

§5 Imò cùm significare velimus simpliciter temp. futurum; hanc circumscriptionem existimo elegantiorem; quia participium in *rus*, potius dispositionem, & participium in *ndus*, potius debitū important, quam tempus futurum: vndè e.g. potius dicitur; *valdè suspi-*

cor

cor fore, vt infringatur hominum potentia. Quàm *valdè suspicor infringendam* &c. & potius dicitur: *nunquam putaui fore, vt supplex ad te venirem*; quàm, *nunquam putaui me supplicem ad te venturum.*

§ 6 Pro, *vt*, potest adhiberi; *vti*, e.g. Cic. viderunt *fore, vti* postea putaretis. Cæsar, qua ex re *futurum, vti* totius Galliæ animi à se auerterentur.

§ 7 Præterea in hoc receptaculo, cùm verbum præcedens, non sit temporis præsentis, tunc eius expositio fit per secundam vocem Italam receptaculi 9 vel 7 prout oratio postulat; e.g. Cic. iussit mihi nunciari, mox se venturum: *che da li à poco egli verrebbe; che tosto sarebbe venuto.* Id. Cic. Critoni nostro non persuasi, me hinc auolaturum, nec quidquam mei relicturum; *che mi ne sarei volato, e che non hauerei lasciato* &c. Id. Cic. (8. 1.) tibi decedenti pollicitus sum, me omnes res vrbanas diligentissimè perscripturum: *che t'hauerei scritto: che ti scriuerei.*

§ 8 Futuro, non solum omnia vulgaria huc vsque dicta, conueniunt: sed quæcunque alia futurum explicantia: sic & in omnibus alijs vocibus infiniti.

§ 9 Apud veteres fuit in vsu & aliud futurum in *ssere*, indeclinabile, e.g. credo vos expugna*ssere*, i. credo vos expugnaturos. Plaut. herclè credo te facile & pugna*ssere*, i. expugnaturum. Id. Plaut. illum confido, me his diebus reconcilia*ssere*, i. reconciliaturum.

Quod futurum formabant veteres ab vltimo futuro *irritasso, reconciliasso, oxpugnasso*, &c. Plaut. si mostrasso

tibi

tibi hunc hominem, quem quæritas. i. si mostrauero.

Quod futurum credo posse etiam formari à prima voce tertiæ partitionis; e.g. ama, *amassere*, prohibe, prohibe*ssere*, &c. sed hoc futurum sit tibi scientiæ tantum, & non vsui.

SECVNDA PARTITIO

6 *Receptaculum.*

17 PRæs. & fut. me amare, *che io ami*, te amare, &c.

§ 2. Hoc receptaculum habet vocem præsentis, quatenus s. aliquando ostendit actionem incipientē à præsenti; tamen comprehendit futurum: imò longè remotius, quàm s. receptaculum: e.g. script. Prophetæ prædicauerunt *nasci* saluatorem de V.M. quæ prædicatio fuit cētena atque centena annorum ante illius natiuitatem *Che hauea da nascere; che sarebbe nato, che hauea da succedere, nascere* &c imò 6. receptaculum significat tempus futurū expressius, quàm receptaculum s. quia receptaculum s. principaliter ostendit dubium, e.g. *verrà*.

§ 3 Voces Italæ huius 6. receptaculi ferè important actionem futuram. Dummodo tamen eas non proferas in voces receptaculi primi; e.g. *amiate* pro *amate*: *imino* pro *amano* &c. vt faciunt multi itali non procedentes per regulas, e g. ex regula, tertia vox pluralis præsentis debet formari atque duci à tertia singulari; tamen eam formant, ac ducunt à prima, e.g. dicunt, *ameno, veggono, insegnono*, &c. ab *amo, veggo, insegno*, vbi regu-

regulatim dicendum est, *amano, vedeno, insegnano*, à tertia, *ama, vede, insegna*, & sic de cæteris. Sed cùm procedatur regulatim, voces huius 6. receptaculi ferè important actionem futuram.

§ 4 Cum voces huius 6. receptaculi verificentur significare actionem futuram: tunc vel eas præcedit verbum indicans futurum, vt e.g. *minor, promitto, prædico, stabilio, vaticinor, coniicio, spero*, & similia; & tunc ad libitum fit, vel per vocem præsentis huius receptaculi, vel per vocem futuri, e.g. spero te ire Romam vel spero te iturum Romam conijcio eas occidi; vel conijcio eas, occidendas, vel circumscribitur, e.g. conijcio futurum, vt eæ occidantur, conijcio fore, vt eę occidantur.

§ 5 Si verò actio verificatur futura, & verbum præcedens non ostendat hoc futurum, necesse est exponi tantum per vocem futuri, ad euitandam amphibologiam, e.g. *credo, che Pietro vada à Roma*, si dicatur, *credo Petrum ire Romam*, potest intelligi, *credo Petrum euntem Romam*, ergo dic, *credo Petrum iturum Romam*, vel credo futurum, vt eat, &c.

Amatum ire, & iri.

§ 6 Doctissimus Emmanuel æquat omninò *amandũ esse*, cum *amatum iri*: itaut sine vlla differentia dicatur; e.g. vel; *credo, illos amandos esse*; vel *credo, illos amatum iri*: quæ regula sic indistinctè tradita, non est vera; quia discordant natura: natura n. participij in *ndus*, est significare debitum, ac conuenientiam, e.g. Cic. non eos

in

in Deorum immortalium numero *venerandos à vobis, & colendos* putatis? i. venerari, & coli debere, veneratione, & cultu esse dignos, &c.

Natura verò supini est significare studium, vt videre est infra in supino. Et quod significatio participij in *ndus* sit aliena à significatione supini, obserua Cic. si illud concedatur, illud non concessum iri oportet. *Concedendosi l'vna cosa, bisogna pensarvi molto bene a nō cōcederſi l'altra.* Vbi, *oportet non concessum iri*, non potest mutari in, *oportet non concedendum esse.* Neque illud, *non eos in Deorum immortalium numero venerandos à vobis, & colendos putatis?* potest mutari in, *non eos in Deorum immortalium numero veneratum iri, à vobis, & cultum iri putatis.* Ter. audierat non datum iri filio Vxorem suo: *che non si darebbe moglie à suo figlio in conto veruno*. i. omni studio repugnantiæ non dari (83.)

Tradit etiam ipse Emm. *amatum iri*, esse futurum, & *amatum ire* esse præsens: vbi aduertendum est, quod *eo* *is* dupliciter adhibetur, relatum s. ad corpus, & relatum ad mentem, relatum ad corpus, non importat studium; & dicitur e.g. credo Petrum lectum ire, lectum iuisse, & lectum iturum esse: credo à Petro lectum iri: *che si và à leggere*, credo à Petro itum esse lectum, *che si andò à leggere*, &c. relatum verò ad mentem & *iri*, & *ire*, important studium, & aliquando *eo is* adnectitur verbo, ad dandum ipsius verbi actioni studium ac conatū (83.) & tunc *ire*, & *iri*, vel considerantur quod ad vocem attinet, & vtrumque est præsentis huius 6. receptaculi:

taculi: vel conſiderantur quod ad tempus actionis attinet,& tunc quia important ſtudium, & ſtudium verſatur circa aliquam actionem agendam; vtrumque verificantur tempore futura, & eò maximè, quia ſemper referuntur ad hoc 6. receptaculum,quod ſub voce præſentis comprehendit quodcunque tempus futurũ quàm remotiſſimum, e.g. Cic. vaticinatus eſt madefactum iri, minus triginta diebus Græciam ſanguine. Dixit, *madefactum iri*,& non *madefieri*, vt oſtenderet impium ſtudium, ac conatum impendendum in ipſa actione madefaciendi. Plaut. mihi iſtæc videtur prædã prædatum iri. Dixit, *præda prædatum iri*, & non *præda prædari*: vt præter ſimplicem actionem prædandi, adderet ſtudium, auditatem, feſtinationem, machinationem, ac conatum impendendum in ipſa actione prædandi,

Ergò *amatum ire*, & *amatum iri*, relata ad mentem, quatenus important ſtudium, ad futurum referuntur, & participium in *ndus*, quatenus dignitatem, ac debitum importat,& quatenus, quod debet fieri, verificatur futurum,hinc hoc & illa conueniunt quod ad tempus attinet,quod autem attinet ad naturam & vocem diſcordant. Ergò ab re æquantur.

Eo is igitur relatum ad corpus dicimus e.g. ſcio te lectum ire: *ſò che tù vai à leggere*: ſcio te lectum iuiſſe: *ſò che tù ſei andato à leggere*, & ſic per omne tempus tam actiuè, quàm paſſiuè. Sed *eo is* inſertum verbis (83.) ſemper importat ſtudium, ſemperque eſt huius 6. rece-

ceptaculi, sub voce præsentis significans actionem futuram.

7 Receptaculum.

18 PRæf. & imperf me amare, *che io amassi*, te amare, *che tu amassi*, &c.

§ 2 Secunda vox huius receptaculi, non fit infinitũ, ne intelligatur pro prima; sed fit, vel interposita conuenienti particola (39) vel fit suspenso verbo (10.) & dicitur modus conditionatus; quia semper secum habet conditionem, *si*. (saltem aliquo modo.) e g. Cic. cautius, credo, viuerent homines si cogitarent se breui morituros; *Che molto cautelatamente viuerebbero, se*, &c. Id. Cic. si Romæ esses valeres, opinor, multo melius; *che stareßi molto meglio*. Id. Cic. male, credo, mererer de meis ciuibus, si &c. *che me la portarei male verso li miei Cittadini, se* &c. Ter. ipsam Bacchidem, si adesset, credo, eius commisceresceret: *che ne hauerebbe compaßione, se* &c. Id. Ter. si mihi inimicus esses, credo, haud crederet. *che non lo crederebbe.*

8. Receptaculum.

19 PRæt. perf. me amauisse, *che io habbi amato*, te amauisse, &c.

9 Receptaculum.

20 PErf. & plusq. perf. me amauisse, *che io haueßi amato*, te &c.

Præteritum mistum.

§ 2 Secunda vox huius receptaculi 9 importat cõditionem, *si*, (saltem aliquo modo.) vbi tria tempora

ſunt conſideranda; nempè primo loco *tempus conditionis*; ſecundo loco *tempus actionis*; tertio loco *tempus locutionis*, & quia actio intercedit; hinc reſpectu temporis antecedentis conditionis; actio verificatur futura (facienda s. vel non facienda;) reſpectu verò tẽporis ſubſequentis locutionis, verificatur præterita, e.g. ſi me vocauiſſes, acceſſiſſem, *ſe tu mi haueſsi chiamato, io hauerei venuto*; vbi primo loco cõſideratur conditio nempe *vocatio*; ſecundo loco conſideratur actio, nempè *acceſſio*; tertio loco conſideratur tempus locutionis; nunc s. quo loquimur de hac re.

Vndè cùm huiuſmodi locutio adhibeatur infinitè; tunc ad ſignificandum futurum (reſpectu s. antecedẽtis conditionis) adhibetur participium temporis futuri, i. participium in *rus* pro actiuo; & participium in *dus* pro paſſiuo. Qui loquendi modus dicitur *præteritũ miſtum*; quia ipſum præteritum miſcetur cum futuro, e. g.

Cic. ibidem, reſpondeo te expectaturum fuiſſe, niſi, &c. *che t'hauerei aſpettato, ſe* &c. Id. Cic. ibidem ſcito me non relaturum fuiſſe rationem, ſi &c. *che non hauerei preſentati li conti*, *ſe* &c. Id. Cic. dixit aliam ſententiam, ſe dicturum fuiſſe, niſi propinquitate impediretur; *che hauerebbe detto altro parere, ſe* &c. Id. Cic. (5. 21) velim exiſtimes, me antelaturum fuiſſe, ſi ad me veniſſes, voluntatem tuam commodo meo; *che hauerei preferita la*; *ſe* &c. credo eas non occidendas fuiſſe, niſi obloquutæ fuiſſent: *che nõ ſarebbero ſtate vecciſe, ſe nõ haueſſero ſparlato.*

§3 Quod futurum circumſcribitur ad libitum, per *futurum*, vel per *futurum ram rum* pl. *futuros ras ra*; e.g. credo futurum fuiſſe, vt illi diſcerent, niſi, &c. vel, credo illos futuros fuiſſe, vt diſcerent, niſi: &c. *che hauerebbero imparato, se non*, &c. Cic. an tu cenſes illam anũ, tam deliram futuram fuiſſe, vt crederet. Cæſ. exiſtimabant plerique futurum fuiſſe, vt Oppidum amitteretur, niſi nuncij de Cæſaris victoria eſſent allati: *che si sarebbe perso*, &c.

§4 Vel fit ſuſpenſo verbo, e.g. Cic. quem tu ad Cœlum, Hortenti, credo, ſuſtuliſſes, *che l'haueresti inalzato*, &c. quod præteritum miſtum, præcipuè circumſcribitur, ac fit ſuſpenſo verbo, cùm verbum careat ſupino, e.g. *io credo, che tu haueresti studiato, se hauessi hauuta commodità*: credo futurum fuiſſe, vt ſtuderes, ſi &c. vel ſtuduiſſes, credo, ſi &c.

10. *Receptaculum.*

21 HOc 10. Receptaculum ſemper fit futurum miſtum. In quo tria tempora ſunt conſideranda; nempè, primo loco *tempus locutionis*; ſecundo loco *tempus actionis*; tertio loco *tempus termini finalis*; quò s. ſpectat ipſa locutio. Vbi actio reſpectu temporis locutionis verificatur futura; reſpectu verò finis, ante quem eſt facienda, verificatur præterita, ſeu perfecta; e.g. *di quà à cento anni tutti semo morti*: actio moriendi, reſpectu nunc, quo loquimur, verificatur futura; reſpectu verò finis huius ſpatij temporis, actio moriendi verificatur perfecta, & quia hæc vox futuri,

continet etiam perfectum, ideò dicitur, *futurum mistu*, i. mistum cum præterito.

§ 2 Quod receptaculum, cùm adhibeatur infinitè, tunc, ad ostendendum futurum ipsius actionis, vtimur fore: & ad ostendendum perfectnm vtimur participio in *tus*, e.g. Cic. (11. 8.) quos spero breui tempore societate victoriæ tecum *copulatos fore*. *Quali spero, che fra breue si vniranno teco. Sdranno vniti teco. S'hauerãno vniti teco. Siano vniti teco.* Id. Cic. (1. 5.) id molimur vt cùm Rex intelligat, nisi per te sit restitutus, *desertũ se, atque obiectum fore*. *Che accorgendosi d'essere stato abbandonato, e disprezzato, ricorra à te.* Id. Cic. (10. 10.) quod prælium, cùm hæc legeres, iam *decretum* arbitrabar *fore*, i. arbitrabar futurum, vt iam decretum esset: *qual guerra giudicauo, leggendo tu queste lettere, esser finita.*

§ 3 Loco *fore* potest etiam adhiberi, futurum, ram, rum, e.g credo breui tempore vos *copulatos futuros*. Cic. (6. 13.) nec dubito, quin, legente te has litteras *confecta* iam res futura sit.

§ 4 Aduerte tamen in hoc receptaculo, nisi in ipso fine, res verificetur perfecta, non formari, futurum mistum, e.g. *è certo, che di quà à cent'anni nessuno di noi è viuo* certum est hinc ad centesimum annum neminem nostrum viuere: quia hic in fine verificatur præsens, ac existens hoc nostrum non viuere; & non præteritum. secus verò esset, si diceretur: certum est hinc ad centesimum annum vnumquemque nostrum *mortuum fore*. Quia hic in fine huius spatij, actio moriendi, verificatur præterita.

§ 5.

§ 5 Et non solum vtimur hoc receptaculo loquendo de præsenti ad futurum; sed etiam incipiendo de præterito, e.g. *egli già hauea detto, che indi à pochi giorni Catarina si sarebbe maritata*: ipse iam dixerat inde ad paucos dies Catharinam *fore se copulatam* matrimonio. *Io giudicauo, che ella indi à poche hore era morta*; arbitrabar eam inde ad paucas horas *mortuam fore*.

§ 6 Omne verò verbum, quod non format nomen perfectum (lib. 8. reg. 2. § 4.) circumscribitur per *futurum, ram, rum*, e.g. *amo*, in significatione actiua, non format nomen perfectum; ergo dicatur e.g. credo ipsos futuros, vt hinc ad mensem amauerint: vel potius fiat per *futurum vt*: vel per *fore vt*, e.g. credo futurum, vt ipsi amauerint, vel credo fore, vt ipsi amauerint, *credo che di quà ad vn mese habbiamo amato*: credo fore, vt hinc ad mensem amauerimus; similiter omnia verba, in *o*. quæ non regunt accusatiuum externum, non habent participium in *tus* exceptis aliquibus, quæ habent præteritum in *vs*, vt e.g. audeo *ausus*, gaudeo *gauisus*, &c. e.g. *credo che quando tu giongi alla Città, elle son partite*: credo, cùm aduenias ad Ciuitatem, *futurum, vt* eæ discesserint, vel *fore, vt* eæ discesserint, i. eas fore profectas.

Sic e.g. *pænitet* non format nomen perfectum: ergò dicatur e.g. credo *futurum, vt* eas penituerit, vel, credo *fore, vt* eas pœnituerit, vel credo eas futuras, vt pœnituerit: nisi fiat per *pænitentia affectus a. m.* e.g. credo eas pœnitentia affectas fore, & sic de cæt.

§ 7 Imò hoc receptaculum circumscriptum, sæpè

est elegantius, cùm s. circumscriptum est clarius.

§8 Verba verò impersonalia vocis passiuæ formãt hoc futurum mistum per *fore*, & eorum præteritum, *amatum, doctum, lectum, auditum, præliatum; &c.* e.g. *credo, che quando tu giongi à casa, si sarà mangiato, e dormito*, credo, te adueniente Domum fore comestum, & dormitum (62.)

§9 Sed si actio ostendatur perfecta in præterito, & non in futuro, non interest hæc circumscriptio, e.g. *io credeuo, che là si era corso*: credebam ibi cursum fuisse, & esset alienum dicere: *cursum fore*. Quia huiusmodi locutio est præteriti simplicis, & non futuri misti.

CONIVGATIO PASSIVA
prima partitio

Primum Receptaculum.

22 PRæs. me amari, *che io sono amato*, te amari, &c.

2. Receptaculum.

23 IMperf. me amari, *che io ero amato*, &c.

2 Si hic præcedat verbum præsentis, non fit infinitum, sed suspenso verbo, e.g. *credo che tu eri amato*: amabaris, credo; vel fit interposita conueniens particula (13. §. 2.)

3. Receptaculum

24 PErf. me amatum eſſe, vel fuiſſe, che *io fui. e ſono ſtato amato*, & ſic deinceps.

§ 2 Participia in *rus, ndus*, & *tus*, declinantur vti *bonus, na, num*, quorum declinatio hic omittitur breuitatis cauſa: ſicut omittuntur & aliæ receptaculorum voces coniugandæ ſic infinitè, vti finitè: vt factum, & in primo receptaculo actiuo (12.)

4. Receptaculum.

25 PLuſquam perf. me amatum eſſe, vel fuiſſe, *che io ero ſtato amato*, te &c.

§ 2 Hic ſi verbum præcedens eſt præſentis, vel imperfecti, non fit infinitum, ne referatur ad perfectum, quod eſt vicinius, ſed fit, vt dictum eſt, (15. §. 2)

Sed ego credo perfectum diſtinguebatur, *eſſe*, & pluſquam perfectum diſtinguebatur, *fuiſſe*, e.g. *credo, che Pietro è ſtato amato*, credo, Petrum amatum eſſe. *Credo. che Pietro era ſtato amato*: credo Petrum amatum fuiſſe. Sed obſeruantur indiſtinctè. Attamen pro tempore remotiori adhibe potius *fuiſſe*, quàm *eſſe*, & pro tempore minus remoto, adhibe potius *eſſe*, quàm *fuiſſe*.

5. Receptaculum.

26 FVturum. Me amandum, *che io ſarò amato*, te &c. (24.)

Difficultates huius receptaculi vide ſub receptaculo 5. actiuo, 16.

SECVNDA PARTITIO.

6. Receptaculum.

27 PRæs. & futurum me amari, *che io sia amato*, te &c.

Difficultates huius receptaculi, vide sub receptaculo 6. actiuo. 17. & ibi etiam *amatum iri*.

7. Receptaculum.

28 PRæs. & imperf. me amari; *che io fossi amato*, te &c.

Secunda vox huius receptaculi, non fit infinitum, vide sub recept. 7. actiuo 16.

8. Receptaculum.

29 PErf. me amatum esse, vel fuisse; *che io sia stato amato*, te &c.

9. Receptaculum.

30 PErf. & plusquam perf. me amatum esse, vel fuisse: *che io fossi stato amato*, te &c.

Secunda vox huius receptaculi non fit infinitum, sed præteritum mistum, vide sub receptaculo 9. actiuo 20.

10. Receptaculum.

31 FVt. & perf. me amatum fore: *che io sarò stato amato*, te amatum fore, &c.

Vide futurum mistum actiuũ, 21. sum es est, vide 33.

FORMATIONES INFINITI.

Formatio infiniti præsentis.

32 INfinitum præsens formatur à secunda voce, mutato, *s*, in *re*, e.g. amas, amare, doces, docere, au-

audis, audire, in lego tamen, i, mutatur in e, e.g. legis legere, facis, facere, agis, agere, &c.

Quæ infinita fiunt passiua, mutato e, in i, e.g. amare amari, docere, doceri, audire, audiri, legere tamen fit legi; ablat. s, vocis actiuæ præsentis, e.g. agis, agi, dicis, dici, facere, tamen habet fieri.

Verba deponentia finguntur in o, e.g. prælior, dic prælio as præliare, & e, mutato in i, fit præliari, & si verbum est 3. coniugationis, formatur vt à lego, ablato s. s, secundæ vocis, e.g. vtor; dic, vto vtis, & ablato s, remanet, vti.

Verba impersonalia finguntur personalia; e.g. decet decebat, dic deceo deces, & fac, decère, & sic de cæteris.

Verba inchoatiua; quia sequuntur lego, legis, is mutant in e, e.g. pallesco pallescis pallescere: macresco macrescis macrescere; & sic de cæt.

Verba defectiua non sequuntur regulam generalem, sed regulam particularem, vt videre est in proprijs coniugationibus.

Formatio infiniti præteriti.

§ 2 Infinitum, præteritum formatur à prima voce præteriti plusquam perfecti, ablato, m, e.g. amauissem, amauisse, docuissem, docuisse. Legissem, legisse, audiuissem, audiuisse, & quia non datur formatum sine formatione, ideò quoties verbum caret hac voce, caret consequenter hoc infinito, e.g.

Verba inchoatiua cùm sint imperfecta, non habent

per-

perfectum; e.g. pallesco, *mi vado impallidendo*; macresis, *ti vai smagrendo*: liquescit, *si và liquefacendo*; & sic de cæteris, & omnibus alijs, quæ non habent præteritum.

Sed quoties defectus non est à verbo, tunc non deest hoc infinitum, e.g. ideò non dicitur *decuissem*; quia hoc verbum non potest habere nominatiuum animatum, sed si posset dici e.g. *Petrus decet*, diceretur *decuissem*; vel dic hæc verba formare hoc infinitum à tertia voce, ablato *t*, e.g. decuisset, decuisse, &c. vel dic ablata vltima litera quæcunque.

Verba verò, quæ habent præteritum in *tus*, vt sunt omnia deponentia, & aliqua neutra, vt e.g. fido, *fisus*, confido, *confisus*, gaudeo, *gauisus*, audeo, *ausus*, &c. & omnia verba passiua in *or*, habent hanc vocem in *um*, & sẽper declinatur per omnia præterita perfecta, & plusquam perfecta: vt bonus, na, num.

Quæ vox in *us* est eiusdem significationis, cuius est verbum ipsum, e.g. *amatum tam tum* pl. *amatos tas ta*. Est significationis passiuæ; quia venit *ab amor amaris amatus sum*; *præliatum tam tum, pl. præliatos tas ta*; est significationis actiuæ, quia venit *à prælior præliaris præliatus sum*: quod est significationis actiuæ, *expertum tam tum* pl. *expertos tas ta*; est significationis tam actiuæ, quàm passiuæ, quia venit *ab experior ris expertus sum*, quod significat actiuè, & passiuè, vt omne aliud verbum deponens, quod regat accusatiuum.

Verba verò in *o*, quæ habent præteritum in *vs*, & *i*, habent hoc infinitum præteriti in *um*, & *sse*, e.g. cæno

as *aui*, vel *cænatus sum*; prandeo des *prandi*, vel *pransus sum*, &c. ergò dic vel *cænauisse*, *prandisse*, vel *cænatum am um* pl. *cænatos tas ta*, *pransum am um* pl. *pransos as a*, &c.

Sunt aliqua verba in *o*, quæ subiectum habent patiens; vt e.g. *succedo*, qui n. succedit, verificatur res successa, *succenseo*, qui succenset, verificatur res succensa, & sic de similibus. Quorum verborum genus habet præteritum in *sse*, vt e.g. successisse succensuisse &c. & etiam potest habere participium in *tus*, e.g. Cic. (16. 21.) cùm omnia mea causa velles mihi *successa*, *volendo tu, che tutte le cose mi siano successe per causa mia*, (lib. 7. 72.) quod participium formes à supino, e.g. surgo surgis surrexi surrectum: mutato *m*, in *s*, dic *surrectus a.m. sorto: quegli che si sorge, o si hauea sorto*, quia.

Participium est dictio composita ex verbo, & nomine relatiuo *qui quæ quod*, e.g. *amans*; ille s. qui amat, vel amabat: *amaturus* ille s. qui habet amare; *amandus*, ille s. qui habet amari: *amatus*, ille s. qui amatus fuit, vel erat: *præliatus*, ille s. qui præliatus est, vel erat: *cænatus*, ille s. qui cænauit, vel cænauerat, &c.

Formatio infiniti futuri.

§ 3 Participium in *rus* formatur à supino mutato *m*, in *rus*, e.g. amo as aui atum, & hinc *amaturus a m.* sic doctum, *docturum am um*: lectum, *lecturum am um*: auditum, *auditurus, ram, rum.*

Vndè omnia verba carentia supino, carent consequenter hoc participio; e.g. *disco* non habet supinum *didicitum*, & consequenter deest *didiciturus ra, um*, & sic de cæt.

Om-

Omnia verba, quæ habent præteritum in *us*, finguntur in *o*, e.g. *prælior, ris, latus sum*, dic *prælio, as, vi, tum*, & fac *præliaturus, a, m* vel muta *s*, in *rus*, e.g. præliatus, *præliaturus ra rũ*, similiter mutatur *s* in *rus* verbis in *o*, quæ habent præteritum in *us*, e.g. confido confisus, *confisurus ra rum*, & sic de cæt.

Verba, quæ carent supino circumscribuntur, vt dictum est, (16. §.5)

Participium in *dus* formatur à participio in *ns* mutato *ns* in *ndus*, e.g. amans amandus da dum: legens, legendus da dum. Quod participium in *ndus* non formatur nisi à verbis, quæ regunt accusatiuum; quia ipsum semper importat ipsum patiens directum, e.g. Petrus est à me, *vel* mihi amandus, i. ego habeo amare Petrum.

Vapulo, væneo, liceo.

Vapulo, væneo, liceo, semper sub voce actiua importãt passionem, e.g. *vapulare, essere battuto*, vapulauisse: *essere stato battuto*, vapulaturum, *che sarà battuto*, &c.

Verba impersonalia vocis passiuæ, vide numerũ 54.

Sum es est.

33 VErbum substantiuum *sum es est* pro præsentis, & imperfectis habet, *esse*. Pro perfectis, & plusquam perfectis habet *fuisse*, pro futuro verò habet duas voces alterã s. declinabilem *futurum, ram, rum* Pl. *futuros ras ra*, vt e.g. spero vos futuros Cardinales, *spero, che voi habbiate d'essere Cardinali*. Alteram verò indeclinabilem, *fore*, vt e.g. spero vos fore Cardinales.

Cic. vehementer confidit his litteris se apud te gratiosum

tiosum fore, i. gratiosum futurum. Id. Cic. spero nobis hanc coniunctionem voluptati fore, i. voluptati futuram. Id. Cic. sed illum, eum futurum puto, qui esse debet: *mà penso, che egli tal sarà, qual'esser dee.*

Eandem legem sequuntur omnia eius composita, *adsum, absum, intersum, supersum, desum, prosum, præsum, obsum, exsum, insum*, e.g. pro præsenti, & imperfecto, *adesse, abesse, interesse, superesse, deesse, prodesse, præesse, obesse, exesse, inesse.*

Pro præteritis perfectis, & plusquam perfectis, *adfuisse, abfuisse, interfuisse, superfuisse, defuisse, profuisse, præfuisse, obfuisse, exfuisse, infuisse.*

Pro futuro, *adfuturum am um pl. adfuturos ras ra*, sic, *abfuturum, interfuturum, superfuturum, defuturum, profuturum, obfuturum, exfuturum, infuturum*, & alteram vocem indeclinabilem, *adfore, abfore, interfore, superfore, obfore, exfore, infore.* Cic. arbitrabantur non defore, qui illa restituerent, i. non defuturos, qui &c. *che non ci sarebbero mancati, che non ci mancarebbero, chi &c.*

Eius composita tunc eandem legem sequuntur, cùm sint composita ex præpositione, vt supra; non autem ex nomine, e.g. *possum* est idem ac *potens sum*, & ideò excluditur ab hac lege.

Præteritum mistum habet *futurum ram rum* pl. *futuros ras ra, & fuisse*, e.g. *credo, che li vostri fratelli sarebbero stati sacerdoti, se haueßero hauuto patrimonio.* Credo vestros fratres futuros fuisse sacerdotes, si patrimonium habuissent: *è certo, che le vostre sorelle sariano interuenute al*

conuito, se fossero state chiamate: certum est vestras sorores interfuturas fuisse conuiuio; si fuissent vocatæ (20. §. 3.)

Esse, fuisse, fore.

Quibus adiunguntur; & quando reticentur.

34 Esse, & *fuisse* adiungitur participio in *tus*, e.g. credo vos præliatos *esse* vel *fuisse*. Vbi sæpè reticetur eleganter, e.g. credo vos præliatos.

Fuisse adiungitur etiam præterito misto (20. §. 2.) vbi non tacetur laudabiliter, quia ipsum solum habet significare præteritum. Vndè eius reticentia solet generare sensum obscurum. Tamen toleratur eius reticentia si sensus liqueret ex ipsa conditione, e.g. Tac. iurauit Tiberius petiturum se vitam, quàm nocenti, nisi voluntariam mortem properauisset, i. Tiberius iurauit se petiturum fuisse vitam nisi, &c. quæ reticentia mihi videtur scienda non ad vsum; sed tantum ad intelligentiam cùm occurrat.

Esse, adiungitur participijs in *rus*, & in *ndus*, e.g. credo vos amaturos esse: credo vos amandos esse, in quibus participijs, & præcipuè in *rus*, sæpè tacetur; e. g. Virg. (2.241.) *ducendum ad sedes simulachrum*, orandaque Diuæ numina conclamant, i. conclamant simulachrimum esse ducendum ad sedes, & numina Diuæ esse oranda.

Imò præcedente verbo non præsentis, *esse*, respuitur, e.g. Cic. Critoni nostro non persuasi me hinc auolaturum, nec quidquam mei relicturum, (16. §. 7.)

Fore, ponitur aliquando participijs in *rus*, & in *ndus*,

pro

pro *esse*, e.g. credo te amaturũ esse vel credo te amaturũ fore credo, te amãdũ esse, vel credo te amãdũ fore.

Imò, quia participium in *rus* principaliter importat dispositionem, & participium in *ndus* principaliter importat debitum; hinc quoties eis ad significandum tempus futurum, vtimur potius *fore*, quàm *esse* est adhibendum: cùm verò ad significandam dispositionem, & debitum ea adhibeamus, tunc *esse*, & non *fore* est adhibendum.

Iungitur etiam *fore* futuro misto, e.g. credo vos præliatos fore (21.)

Verba copulata.

35 CVm verbum est copulatum, i. cùm verbum habeat alterum nomen ante, & alterum post, tunc nomen sequens habet concordare cum suo antecedenti, e.g. scitur Petrum ambulare armatum; (Petrum armatum;) scitur Petrus (40.) ambulare armatus (Petrus armatus:) scitur eas iuisse concinnatas (eas concinnatas:) sciuntur eę iuisse concinnatæ (eę concinnatæ.)

§ 2. Antecedente verò datiuo, tunc nomen sequens potest ei respondere, e.g. Plautus, *nobis* decet esse *doctis*. Val. Max. clamydato sibi, & crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit: *non stimò essergli cosa brutta andar caminando per Napoli con la clamide, e pianelle.* Id. Val. Max. maximo tibi, & ciui, & Duci euadere cõtingit, *hauessi fortuna deuenire grandissimo, e Cittadino, e Duce*. Ouid. nec fortibus illis profuit armẽtis, nec equis velo-

velocibus esse? *ne à quegli armenti giouò esser forti, ne à Caualli esser veloci.*

§ 3 Sed post ipsum datiuum potius subintelligitur accusatiuus, & cum ipso nomen sequens concordat, e.g. Cæs. quibus iam licet esse fortissimos, i. quibus iã licet, se esse fortissimos. Ter. expedit bonas esse vobis, i. expedit Vobis, vos esse bonas.

Verba seruilia.

36 Constructio verborum seruilium cum dominicalibus (italicè *signorali*) traditur post sextũ ordinem impersonalium (quò, annuente Deo, te remittam.) Tantum hic scito. Quod finitè est nominatiuus, infinitè est accusatiuus, e.g. *finitè,* me solet pœnitere, i. pœnitentia solet me tenere: *infinitè:* certum est, me solere pœnitere, i. certum est pœnitentiam solere tenere me.

Error communis grammaticorum docet impersonale non mutare nominatiuum: sed veritas est, semper nominatiuum conuerti in accusatiuum, licet cęci id non videant, e.g. *mea interest ire Romam.* Hic hoc meũ ire Romam, est nominatiuus: *non ignoras mea interesse ire Romam.* Hic hoc meum ire Romam, est accusatiuus.

Nota hic obiter, & digressiuè, verba *possum, soleo, incipio, desino, nequeo,* &c. dici seruilia, quatenus coniuncta cum alijs verbis, italicè loquendo, baiulant illorum *si,* e.g. quit iri, *si pò andare:* solet legi: *si suole leggere;* vt latè suo loco.

Reticentia accusatiui infiniti.

17 Accusatiuus infiniti aliquando reticetur: dummodo tamē intelligatur sine æquiuoco e.g. Cic. (13.16.) scribens Cæsari, & loquens de P. Crasso dixit: *posse arbitror*, i. arbitror ipsum P. Crassum posse. Virg. (ec.6.24.) soluite me pueri, satis est potuisse videri, i. satis est videri vos potuisse: *basta che si vegga, che voi, &c.*

Infinitum eiusdem subiecti.

§ 2 Cùm verò verbi antecedentis, & subsequentis sit vnum, ac idem subiectum, non verificatur suppressio; quia non verificatur duplex agens; alterum s. antecedens supprimens, & alterum subsequens suppressum, e.g. *credo, che tu leggi*, credo, te legere: hic subiectum antecedens supprimens verificatur ly *ego*, & subiectum subsequens suppressum, verificatur ly *te*. Sed cùm dicatur e.g. *voglio leggere*, volo legere: hic ly *ego* verificatur subiectum, tā verbi antecedentis *volo*, quam verbi subsequentis *legere*; & consequenter italicè loquendo non habet locum particula *che*; quod est substentaculum ne fiat suppressio (6.) inepte n. diceretur e.g. *io voglio, che io legga*, ita latinè eleganter fit suppressione non data, e.g. Cic. meditor esse affabilis: Sen. admoneri bonus gaudet: Hor. vir bonus, & prudens dici delector. Catul. ait fuisse omnium celerrimus. Hor. hic ames dici Pater. Plau. adolescens ipse daturus dixit. Prop. iurabo, & bis sex integer esse. Hor. Vxor inuicti Iouis esse nescis. Curt. postulat Deus credi. Lu-

can. putauit iam bonus esse socer. Ouid. retulit Aiax esse Iouis pronepos. Virg. sensit medios delapsus in hostes. Hor. tenditque disertus haberi. Id. Hor. glorior meruisse tribunus. Qui nominatiuus pręcipuè subsequitur præcedentibus verbis voluntatis, & desiderij, vt e.g. *volo, nolo, desidero*, & similia, e.g. Cic. malim videri nimis timidus, quàm parum prudens.

Verum, quià licèt hìc sit vnum, & idē subiectum; tamen quatenus ipsum idem subiectum verificatur duplex agens; tam s. verbi antecedentis, quàm verbi subsequentis, potest in verbo sequenti considerari vti alterum, & dari suppressio: vbi tamen accusatiuus *me, te, se, nos, vos, se*, ferè non profertur, e.g. Virg. hoc signum cecinit missuram diua creatrix, i. se missuram. Ter. cùm venturum constituero, i. cùm cōstituero me venturum. Curt. octogiuta talenta constituit daturum Alexander.

Et aliquando supradicti accusatiui proferuntur, e.g. Ter. qui esse primos se omnium rerum volunt Cic. Qui bonos se viros videri volunt. Id. Cic. cupio me non dissolutum videri. Id. Cic. gratum se videri studet. Id. Cic. mallem non constituisse in Tusculanum me hodie vēturum esse. Id. Cic. nolo me esse longiorem.

Ergò cum infinito eiusdem subiecti, dicitur ad libitum, e.g. *nolo esse longior*: vel etiam, *nolo esse longiorem*. (Et subintelligitur: accusatiuus *me*: vel etiam, *nolo me esse longiorem*.

Vbi italicè loquendo habet maiorem capacitatem

par-

particula, *che*, ibi, latinè loquendo habet maiorem capacitatem accusatiuus: quia accusatiuus requiritur loco particulæ *che*; ita vt vbi est necessaria particula, *che*, ibi est necessarius accusatiuus infiniti.

Quod infinitum eiusdem subiecti, tunc omninò excludit accusatiuum, cùm pendeat à verbo seruili. e.g. *possum, queo, nequeo, soleo, debeo, incipio, desino*, &c. quia hic omninò non potest verificari suppressio (6.) cùm non possit in verbo sequenti verificari nominatiuus, qui supprimatur: e.g. *Petrus solet legere libros*, & non potest dici, *Petrus solet, quod* ipse legat libros. Cic. qui mentiri solet peierare consueuit.

Infinitum subintellectum instrumentis.

38 Infinitum potest subintelligi instrumentis, quia ostenso instrumento, ostenditur, & actio, quæ fit illo instrumento (lib. 7. 110) e. g. *sà d'ago*: scit acu. i. scit suere: quia suitur acu, *sà di telaro*: scit telario, i. scit texere, *sà di cetera*: scit cythara, i. scit sonare cythara, & sic de cæt.

Similiter e.g. *sà da latino, sà di greco*, &c. scit latino, scit græco, i. scit loqui ente (lib. 7.29) latino, ente græco, i. sermone latino, sermone græco, & sic de cæt. vel dic per aduerbiũ: scit latinè: scit græcè, &c. i. loqui.

Verba, quæ anteponuntur infinito.

39 VErba, quæ anteponuntur infinito diuiduntur principaliter in tria genera: nempè, demonstratiuum simplex: affectiuum, & inductiuum.

§ 2 Verbum demonstratiuũ simplex est illud, quod

simpliciter demonstrat affirmationem, vel negationẽ, vt e.g. *affirmo, nego: scio, credo, cognosco; constat, liquet*, certum est, & cætera huiusmodi, e.g. Cic. fama *nunciabat*, te esse in syria, auctor erat nemo. Id. Cic. eam epistolam ad te missam esse *arbitror*: in quibus exemplis affirmatur tuum esse in syria: & epistolæ missio.

Vbi ergò verificatur demonstratio simplex; ferè locutio effertur potiùs per infinitum, quàm per *quod*: ratio est, quia hìc, nomen subsequens verificatur directum patiens, & consequenter in accusatiuo patiente rectiùs locatur: e.g. *credo, te studere*, i. credo te studentem: vel, passiuè: crederis à me studens (40.) *fama nunciabat te esse in syria*, i. nunciabaris à fama esse in syria. Arbitror epistolam missam: vel epistola arbitratur à me missa. Certum est te esse in syria, id. haberis certè in Syria.

Vndè hìc raro locutio fit per *quod*: Plaut. animum aduerte, vt quod, ad te veniam intelligas, i. vt intelligas me venire ad te. Cic. credo quod non omnes sui similes incolumes in vrbem venissent, i. credo non omnes venturos fuisse.

Confugimus autem ad *quod*, quando locutio per infinitum caret robore, e.g. *quindi è, che non vuole*, hinc est, quod ipse nolit, potiùs quàm, *hinc est ipsum nolle*. Quasi diceretur: hinc est, quia ipse nolit, i. hæc est causa ex qua nolit.

§ 3 Verbum affectiuum est illud, quod aliquã animi affectionem demonstrat; vt e.g. *doleo, iubilo, lætor*, *gau-*

gaudeo, irascor, pœnitet, pudet, turbor; & cætera huiusmodi; in quibus verificatur aliqua passio.

Quod verborum genus facilè negligit infinitũ; quia nomen subsequens, non verificatur patiens, sicut post verba demonstratiua simpliciter: vndè resolutio per *quod* non est minus elegans: quia in his verbis per *quod* ostenditur causa ipsius passionis, e.g. *lætor te bene valere*: vel, *lætor quod bene vales*, i. quia bene vales, i. tua valetudo est causa meæ lætitiæ, i. tua valetudo affecit me lætitia, ergò huiusmodi verba vtroque modo eleganter efferuntur, eg.

Cic. dolet mihi, quòd nunc stomacharis. Id. Cic. (1.7.) gratum tibi est, quod crebrò certior per me fias. Id. Cic. quod mihi de nostro statu gratularis minimè miror.

Id. Cic. gaudeo, tuam dissimilem fuisse fortunam. Id. Cic. te esse Imperatorem lætor. Vbi nota quod *lætitia, dolor, gratitudo, gratulatio, gaudium, admiratio* sunt passiones; quia afficiunt animum; & quidquid afficit, passio est: & per illud *quod* ostenditur causa passionis. Vbi verò locutio sit elegantior per *quod*, & vbi per infinitum, standum est auribus, & iudicio dicti viri.

§ 4 Verbum inductiuum est illud, quod inductionem, vt aliquid fiat, vel ne fiat, importat. Quod solet verificari in *suadeo, volo, nolo, cupio, moneo, oportet, necesse est*, conuenit, & cæteris similibus verbis.

Quod verborum genus, importantium inductionẽ, amat, vel *infinitum*, vel *vt*, e.g. volo te ire, vel, volo vt

eas: & quia *vt* eſt ſuapte natura demonſtratiuum inductionis; ideò hìc eleganter reticetur: e.g. volo eas. dices ergò e.g. *oportet iri, vel, oportet, vt eatur, vel, oportet eatur.*, & ſic de cæt.

Quò verò magis hæc inductio verificatur validior, eò magis omittitur infinitum, & prævalet, *vt*, e.g. obſecro, vt eas. Hortor, vt parcas. Impero, vt ſoluas. Inſto, vt ſtudeas, & ſic de cæt. & hìc vix omittitur *vt*.

Aduertendum tamen eſt hìc, quod etiam hæc eadẽ verba extra primam perſonam ſingularem, nõ important tam validam inductionem, quia ipſum loquens inducens, verificatur validius, quàm loquẽs tantùm de alio inducente: ergò huiuſmodi verba cum prima perſona ſingulari reſpuunt infinitum: ſed extra hanc primam perſonam ſingularẽ, non reſpuitur, e.g. Virg. (2.32) primuſque Thymetes *duci* intra muros *hortatur*, & arce *locari*. Id. *hortamur fari.*

Sciendum eſt etiam hìc, quod loco, *vt*, poteſt adhiberi *vti*, e.g. inſto, vt lis decidatur, vel, vti lis decidatur. Licèt extra hanc primã perſonam ſingularem, adiunctamq́ verbis validioris actionis, vt e g. vrgeo, inſto, impero, hortor, & ſimilia, *vt*, liberius tacetur. Hic grammatici dicunt pro, *vt*, poſſe etiam adhiberi, *quò*; ſed quia *quo*, ſemper eſt idem ac *ad quem ens*, ideò tantũ poteſt adhiberi ad hunc ſenſum, e.g. quò eum ſuaſimus. i. ad quẽ ens ad quem finem, vt explicaui in principio loquẽs ad lectorem ſub præpoſitione *ad*, obiter.

Si verò in ſupradictis verbis verificatur ſimpliciter

de-

demonstratio, & non inductio; non habet locum, *vt*, sed fit tantum infinitum; e.g. volo legere. Quod accidit in eodem subiecto (37.) quia nemo inducit se ipsum verbis, sed verbis ostendit animum suum.

Vbi verò inductio est; ne aliquid fiat, ibi solet adhiberi, *ne*, e.g. te hortor ne facias. Iubeo, ne dicas. Suadeo, ne obliuiscaris, &c. si verò inductio fit sine huiusmodi verbo præcedente; possumus etiam vti receptaculo vndecimo, quod est suapte natura modus inductiuus, e.g. Virg. *ne saeui magna sacerdos*. Sed melius, *ne saeuias*. Ergò melius, *ne eas, ne dicas, ne suadeas, ne soluas, ne pareas*, &c. quàm, *ne i. ne dic, ne stude, ne solue, ne parce*, &c. Quia vndecimum receptaculum est suapte natura inductiuum vt aliquid fiat. Vndè negatiuè non hibetur eleganter.

Praecedente verbo passiuo, & videor.

49 QVoties verbum præcedens est passiuum, & nomen subsequens verificatur patiens ipsius verbi antecedentis, tunc elegantiùs nominatiuus ipsius verbi est ipsum nomen subsequens, e.g. *si sà, che gli Angeli sono incorporei*: Sciuntur Angeli esse incorporei. *Si conosce, che voi hauete combattuto*: cognoscimini esse præliati. *Si dice, che siano stati presi molti ladri, e si crede, che di quà à poche hore siano decapitati.* Dicuntur multi fures fuisse deprehẽsi, & credũtur hinc ad paucas horas fore decollati. Quod verificatur in verbis demonstratiuis (39.) exempla.

Plaut. Perlarum montes esse aurei perhibentur: si

racconta, che &c. Virg. (1. 19.) quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam posthabita coluisse Samo: *quale si dice che Giunone, &c.* Cic. (2. 6.) sed tamen cum appropinquare tuus aduentus putaretur, & te iam &c. Id. Cic. & ipse opinione celerius venturus esse dicitur. Id. Cic. Aristides vnus omnium iustissimus fuisse traditur. Hor. scriberis Vario fortis. Ecc. iudex crederis venturus: *si crede, che hai da venire Giudice.*

§ 2. Et quia sensus alicuius partis orationis potest esse in nominatiuum (lib. 7. 7. §. 5.) ideò hic sensus orationis sequentis potest esse in nominatiuum verbi antecedentis passiui, e.g. *si sà, che gli Angeli sono incorporei*: scitur Angelos esse incorporeos: vbi e.g. nominatiuus verbi *scitur* est id, quod scitur, i. Angelos esse incorporeos. Similiter e.g. cognoscitur, vos præliatos esse. Dicitur, fuisse deprehensos multos fures, & creditur hinc ad paucas horas decollatos fore.

Vbi aduerte, quod vel asseritur simpliciter aliquod accidens, & tunc semper nominatiuus huiusmodi verbi est id, quod asseritur, e.g. *si dice, che là piobbe,* dicitur ibi pluisse: vel asseritur aliquod subiectum cum aliquo accidente in se, & tunc italicè loquendo solet haberi in nominatiuum, id, quod asseritur, e.g. *si dice, che elle sono honorate,* & non solet dici, *si dicono* &c. loquendo verò latinè, vel habetur in nominatiuum id, quod asseritur, e.g. dicitur, eas esse honoratas: vel potius est nominatiuus ipsum subiectum, in quo tale accidens asseritur, e.g. dicuntur eæ esse honoratæ.

Qui modus loquendi habet locum etiam si ipsum nomen, quod solet subsequi, præcedat, e.g. *quali si legge, che han combattuto, e combatteranno*, quos legitur præliatos esse, & præliaturos fore. Vel potius: *qui leguntur* præliati esse, & præliaturi fore.

Videor.

§ 3 Videor eris quando est passiuum verbi video es sequitur eandem legem, quam supra, e.g. Virg. (ec. 6. 24.) soluite me pueri, satis est potuisse videri, *basta, che si vegga*, &c. Id. Virg. & fugit ad salices, & se cupit antevideri.

§ 4 Sed hoc verbum plerunque est idem ac *apparto* & tunc res, quæ apparet, semper est nominatiuus, e.g. Liu. vt irrupturi fuisse in Vrbem viderentur *che pareuano che sarebbero entrati violentemente*, &c. Cic. tu mihi videris me posse assequi *mi pare, che tu mi poi giongere*: Id. Cic. in eam opinionem rem adduxerunt, vt Pompeius cupere videretur: *che par, che Pompeo*, &c.

§ 5 Cùm verò ipsemet datiuus verificatur ac agens, tunc est & nominatiuus, e.g Cic. ego mihi videor perspicere; *mi par, che io conosca chiaramente*. Id Cic. tu tibi videris me posse assequi: *ti par, che tu possa giongermi*, i. ego mihi videor perspiciens, seu perpector. Tu tibi videris assecuturus, &c. Id. Cic. (1. 1.) maximè visi sumus commouere Senatum, i. nos visi sumus nobis cõmouẽtes, seu cõmotores senatus: *ci parue cõmouere* &c.

Et quia sensus alicuius partis orationis potest esse in nominatiuum ideo pariter id, quod apparet, potest esse

homi-

nominatiuus verbi *videor ris*, e.g. *mi pare, che quì non si serue bene*: mihi videtur hic non bene seruiri: vide supra 31 & sequentem.

Sepè id, quod nobis apparet, probatur, sedet, ac placet, atque hinc vtimur *videor ris* in hunc sensum, e.g. Cic. mihi visum est aliquid de senectute scribere: *mi parue*, &c. Virg. (3.1.) postquam res Asiæ Priamique euertere gentem immeritam visum superis, *parue alli* &c.

Et quia quod nobis probatur, ideò probatur; quia apparet nobis expediens, conueniens, bonum, ac opportunum. Hinc sæpè nominatiuus verbi *videor ris* est ipsum nomen *expédiens* subintellectum; vbi & verbum antecedens replicandum subintelligitur, e.g. Cic. *adhiberent Prætores, quos ipsis videretur*, i. quos ipsis videretur expediens adhiberi, seu adhibere: vel quos ipsis placeret adhibere, *si ne seruissero di Pretori di cui lor parrebbe*. Cæs. ad hæc, quæ visum est Cæsar respondit; i. ad hæc, quæ visum est expediens, conueniens, bonum, ac opportunum responderi, seu respondere: *rispose à quelle cose, che à lui parue*. Con. Trid. (sess. 6. c. 4.) vel illis, quos sibi videbitur adiunctis, i. vel adiunctis illis, quos sibi videbitur expediens adiungi, seu adiungere. Falsum esset si diceretur: *vel illis, quibus sibi videbitur, adiunctis*.

Infinitum pro imperfecto.

41 Quia infinitum est idem ac imperfectum. Hinc aliquando præcipuè à Poetis, & Historicis,

infi-

infinitum adhibetur pro imperfecto indicatiui, præcedente tamen nominatiuo, e.g. imperf. ego amare, *io amauo*: tu amare, *tu amaui*: ille amare, *coloro amauano*: pl. nos amare, *noi amauamo*: vos amare, *voi amauate*: illi amare, *coloro amauano*, e.g. Virg. at verò Rutulis impar pugna videri, i. videbatur. Ter. milites arma capere, i. capiebant. Id. Ter. ego non floccipenderet, i. ego non floccipendebam. Id. Ter. omnes laudare fortunas meas, qui natum habere tali ingenio præditum, i. laudabant; habebam. Script. & deliciæ meæ esse cum filijs hominum, i. erant, nisi ly *esse* intelligeretur in nomen, e.g. *e le mie delitie erano il conuersare con.* &c.

Verba visus, & auditus.

42 VErba visus, & auditus, vt e.g. *audio, video, cerno*, &c. amant potius participium, quam infinitum, e.g. Virg. ipse Deum manifesto in lumine vidi intrantem, *entrare*. Cic. (10. 25.) cùm audiuissem Antonium in Prouinciam venire, *che staua venendo*. Sic e.g. vidi Petrum, & Franciscum in platea *deambulantes*; melius, quam *deambulare*. Ter. videor n. videre *ementem te* rusticas res, cum villico *loquentem*, i. videor videre te *emere*, & *loqui*.

DE INFINITO GERVNDIO

Gerundium quid.

43 VSque adhuc locuti sumus de infinito simplicì nascente: hinc loquamur de infinito nato, seu

seu de infinito in *dum*, & deinde loquamur de infinito supino (86.) de infinito in *um*.

Hinc præsciendum, infinitum simplex esse triplex, nasciens s. natum, & pendens.

Infinitum nascens est illud, quod verificatur nascens ab ipso nominatiuo: sicut n. radius solaris se habet ad ipsum globum solarem, ita verbum se habet ad nominatiuum, & sicut oppresso ipso globo, opprimitur & radius, ita suppresso nominatiuo (61.) opprimitur, ac contrahitur, & ipsum verbum (12.)

Infinitum natum est illud, quod est disiunctum, ac defectum ab ipso nominatiuo suppresso: vt e.g. *hò da leggere: è tempo di leggère: attendo à leggere: vado à leggere: ritorno da leggere: imparai con leggete.*

Infinitum pendens est illud, quod pendet à verbo: vt e.g. cupio legere: soleo legere, &c.

Gerundium est ipsum infinitum præsentis natum, mutato *re* in *ndum*: e.g. amare, ama*ndum*, docere, doce*ndum*, legere, lege*ndum*, infinitum verò in *ire* mutat *re* in *endum*, e.g. audire, audi*endum*, munire, muni*endum*: &c.

Verba deponentia formantur in *o*, e.g. vtor tis, dic *vto tis*, & hinc *vtere*, & hinc vtendum, sic præliare, præliandum, experire, experiendum, & sic de cæt.

Eo is facit *ire*, & mutat *i* in *eu*, & *re* in *ndum*, e.g. ire, eundum. Sic eius composita, e.g. Cic. de *transeundo* in Epirum.

Ge-

Gerundium vndè, & quare significat actionem, & passionem.

44 HOc infinitum præsentis in *ndum*, dicitur gerundium, *à gero ris*, quia sub vna, & eadem voce gerit tam significationem actiuam, quàm passiuam, & ratio est, quia gerundium est idem ac nomen verbale actionale, ac in illud ad libitum conuertitur, & quia nomen actionale continet tam significationem actiuam, quàm passiuam (lib. 7.39) ideò gerundium conuertitur ad libitũ in nomen actionale, vel in ipsũmet infinitum simplex actiuum, vbi gerundium significat actionem; & passiuum vbi gerundium significat passionem.

E.g. nom. mihi legendum est: vel mihi legere (seu legi. 11.) est, vel mihi agenda est lectio, gen. est tempus legendi; vel tempus lectionis, vel tempus legere, seu legi. Dat. intumbo legendo, vel lectioni, vel legere, seu legi. Acc. eo ad legendum, eo ad lectionem, vel eo legere, seu legi. Abl. redeo à legendo, vel redeo à lectione. Hic, & in 7. casu non vtimur infinito simplici; quia infinitum simplex non recipit præpositionem; & sine præpositione non intelligitur rectè, e.g. *redeo legere*, potius intelligitur, *ritorno a leggere*: quam, *ritorno da leggere*, & didici legere, intelligitur, *imparai a legere* & non; *imparai con legere*, & ideò &c.

Auctoritates.

Nom. Quint: prius est de voce dicere, *prima si hà da dire della voce*; i. prius dicendum est de voce: vel primus

agen-

agenda est dictio de voce, e.g. furari est pessimum, i. furatio est pessima.

Gen.Liu.(lib.30.) tempus est aut pacem componi, aut bellum geri, i. tempus componendi pacem, vel gerendi bellum: vel, tempus compositionis pacis, aut gessionis belli. Cic. est tempus accedere, i. accedendi, vel accessionis. Cæs. consilium dimittere equitatum, i. dimendi, seu dimissionis.

Dat. Hor. fruges consumere nati, i. consumendo, vel consumptioni. Plin facilia concoqui, i. concoquendo, vel concoctioni. Val. Max. cognosci vtilia, i. cognoscendo, vel cognitioni. Virg. boni calamos inflare, i. inflando, vel inflationi.

Acc. Hor. segnes nodum soluere, i. ad soluendum, vel ad solutionem. Cic.(15.2.) paratissimus subire pericula, i. ad subeundum, vel subitionem. Virg. (9.36.) quæ dona ille suo moriens dat habere nepoti, i. ad habendum, vel ad habitionem. Id. Virg. dederatque comas diffundere ventis, i. ad diffundendum, vel ad diffusionem. Id. Virg, (1.247.) magnum dat ferre talentum, i. ad ferendum, vel ad lationem.

Gerundij voces sunt tres, in dum, ndi, ndo.

45 INfinitum gerundium formatur ab infinito simplici nato, mutato *re* in *ndum*, & licèt ipsum infinitum simplex sit indeclinabile, & ipsum infinitum gerundium sit idem ac ipsum infinitum simplex *amare*, & *amari*; tamen adepta hac terminatione in *ndum* declinatur, & declinatur, vt omne aliud nomen neutrum

in

in *um*, e.g. nom. amandū, gen. amandi, dat. amando, acc. amandū, voc. amandū, abl. ab amando. Quod verò ad numerum pluralem attinet, sequitur legē infiniti simplicis; hoc est, in numero plurali non reperitur adhibitū; sicut neutrum reperitur adhibitum in vocatiuo.

An infinito simplici adhæreant præpositiones, sicut infinito gerundio.

46 LIcèt infinito gerundio adhæreant præpositiones, sicut infra suis casibus, tamen infinito simplici non reperiuntur adhibitę Emmanuel tamen affirmat adhiberi; quod mihi plenè sedet, cùm infinitum natum sit idem ac ipsum nomen verbale actionale disparitatis tamen causam duco esse, quia ipsum infinitum simplex natum, habet eandem formam, quam ipsum infinitum nascens, verbum: infinitum verò gerundium, habet tantum figuram nominis; cui præpositiones adhærent.

Quibus verbis formatur gerundium.

47 QVatenus gerundium dicitur *à gero geris:* (quia s. gerit tam significationem actiuam, quàm passiuam) videtur dicendum gerundium formari tantum à verbis, quæ actionem, vel passionem importāt, tamen licèt eò elegantius vsuuenit gerundium, quò verbum validiorem habet actionem, non mihi videtur negandum, posse formari à quolibet verbo: quia gerundium est idem ac ipsum infinitum simplex natum, mutato *re* in *ndum*. Quod *ndum*, nihil significationis addit; sed tantum ipsam materialitatis figuram mutat.

tat. Vndè credo posse formari etiam ab infinito *esse*, & dicere *essendum*, *essendi*, *essendo*: quibus tamen vocibus non debemus vti, nisi vbi occurrat aliqua necessitas expressionis efficacioris: Quia ibi vis expressionis est præferenda elegantiæ dictionis.

Quare gerundium non habet nominatiuum.

48 GErundium non habet nominatiuum; quia gerundium, excepta constructione, semper est idem ac nomen actionale; atque ad libitum in illud conuertitur. Vndè ad cognoscendum apertè, gerundio non conuenire nominatiuum, muta illud in nomen actionale, & si eo mutato in nomen actionale, nominatiuus remanet sine verbo, corruit oratio: quia fundamentum orationis est nominatiuus (lib. 7. 7.) & non potest dari, nec nominatiuus sine verbo, nec verbum sine nominatiuo, e. g. *in conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati*: dic, *in conuersione*, & cognoscis ly *Dominus* non posse esse nominatiuū, ergò hic erit vocatiuus: *o Signore nella conuersione: nel conuertimento: nel conuertere* & c. aliter esset error.

Obijcies; sæpè gerundio adhæret nominatiuus sine alio verbo: e. g. *remedium habile ad refrigerandum*: rep. huiusmodi nominatiuus adhæret saltē verbo *sum es est* subintellecto: q. s. est habile, vel existit habile ad &c.

Differentia inter infinitum simplex, & infinitum gerundium, & nomen actionale.

49 INfinitum simplex semper habet constructionē verbalem. Nomen actionale semper habet cō-

stru-

ſtructionem nominis. Gerundium verò poteſt habere vtramque, e.g. *eſt tempus colligendi fructus*: & ſubintelligitur, *eſt tempus colligere fructus*: vel, *eſt tempus colligendi fructum*: & ſubintelligitur, *eſt tempus collectionis fructũ.*

Gerundij conſtructio.

50 GErundium vel habetur in ipſum ſimplex infinitum, & habet conſtructionem verbalem, vel habetur in ipſum nomen actionale, & habet conſtructionem nominis; e.g.

Cic. Antonio facultas datur agrorum ſuis latronibus condonandi; i. facultas condonationis agrorum. M. Varr. aliquod fuit principium generandi animaliũ, i. principium generationis animalium. Ter. date creſcendi copiam nouarum, i. copiam cretionis nouarum. Gell. aliorum docendi gratia, i. gratia doctionis aliorum. Plin. cùm illorum videndi gratia me in forum contuliſſem, i. gratia illorum viſionis, ſeu viſus: *per lo di loro vedimento*: per vederli.

Pro alijs caſibus non habeo auctoritatem; ratio tamen eſt eadem, e.g. incumbo colligendo fructuum, i. incumbo collectioni fructuum; eo ad prædicandum euangelij, i. eo ad prædicationem euangelij. Redeo ab arando camporum, i. redeo ab aratione camporum. Ego legendo librorum euaſi doctus, i. ego electione librorum euaſi doctus.

Hic vna tantum ratiouncula mihi videtur poſſe obijci; quod s. ibi concordat in caſu. Sed hæc ratiouncula valet tantum ad quandam apparentiam non verò ad vim conſtructionis. M Ge-

Gerundium ergò à parte antea semper habetur in nomen, à parte verò post, habetur in verbum, rarò in nomen actionale, vt supra.

Mutatio gerundij ad libitũ tũ nomine actionali, vel eius æquali.

51 NOmen actionale solet habere suum æquale; e.g. *amatio amationis* habet, *amor amoris*: *prœliatio nis*, habet, *prælium lij*, & sic de cæteris. Vndè gerundium potest mutari, ad libitum, vel in nomen actionale, vel in eius æquale; e.g. Virg. (2. 13.) fracti bello, i. fracti bellando; *stracchi dal guerreggiare. Stracchi guerreggiando. Stracchi dal guerregiamento*; (& 224.) implicat, & miseros *morsu* depascitur artus, i. mordendo; (& 234.) gemini *lapsu* delubra ad summa dracones effugiunt, i. labendo.

In quæ mutantur verba, quoties aliter non habent locum.

§ 2 Hìc aduerto, latinos libentiùs nomine, nos verò italos libentiùs verbo vti in loquendo, e.g. latini libẽter dicunt: *tu es dignus amore*, itali verò potius dicunt: *tu sei degno d'essere amato*, quã *tu sei degno d'amore*: præcipuè tu hanc regulam habe, cùm locutio nõ potest fieri per verbũ, e.g. *tu sei degno d'esser seruito da noi, e d'essere aiutato da tutti*, tu es dignus seruitute nostra, & auxilio omniũ; & in explicando latinos præfata nomina libentiùs explica per verbum, quàm per nomen.

An gerundium post se possit habere ablatiuum agentem.

52 GRammatici communiter docent, gerundium post se non posse habere ablatiuum agentẽ, & dicere, e.g. *eo ad gymnasium causa erudiendi à magistro*: vel

vel, *ad erudiendum à magistro*. Contrà quam doctrinam non habeo auctoritatem: an verò reperiatur apud auctores vsque adhuc nescio: cur autem non possit eum habere, non video: nam, vel habetur in ipsum simplex infinitũ, & sicut actiuè dicitur e.g. magister it ad gymnasium causa docendi discipulos: sic passiuè dicitur, discipuli eunt ad gymnasium causa erudiendi à magistro; vel habetur in nomen actionale, & ablatiuus neque est ab re, quatenus s. ipsa eruditio prouenit à Magistro, e.g. eo ad gymnasium ad erudiendum à magistro, i. ad eruditionem à Magistro; vel causa erudiendi à magistro, i. causa eruditionis à magistro. Vnde e.g. *li discepoli vanno alla scuola per essere insegnati dal maestro*: dicere omnibus his modis. Discipuli eunt ad scholam causa erudiendi à magistro: ad erudiendũ à magistro: ad eruditionem sui à magistro: causa erudiri à magistro: erudiri à magistro, &c. licèt formula communior, & plenior sit, *vt erudiantur à magistro*.

2 *An gerundium post se possit habere nominatiuum.*

53 CVm verbum est copulatum, non fit gerundiũ: quia verbum necessariò adhæret immediatè nominatiuo, à quo dependet tanquam radius (lib. 7. 71.) à sole, ergò ne dicas e.g. studeo ad euadendum doctus: quia, *ad euadendum*, est idem ac, *ad euasionem*; gerundium autem in *di*, non habet locum, repugnantiùs; quia non solum intercedit ipsum gerundium; sed etiam ipsum substantiuum, *causa*, e.g. studeo causa euadendi doctus, i. studeo causa euasionis doctus. Er-

gò dic, *studeo, vt euadam doctus*: nam nisi ipse nominatiuus sequens adhæreat ipsi verbo, non verificatur copula copulās ipsū verbū: sed cū dicatur, studeo, vt *euadā doctus* hoc, *doct⁹* respōdet nominatiuo, vt *ego* euadā *doct⁹*.

Vsus gerundij actiuè, & passiuè.

54 GErundium sub eadem voce gerit actionem, & passionem (si id verbi natura ferat) æquè ac nomen actionale. & quia nobis cauendum est ab amphibologia, ideò in significatione passiua non debemus vti gerundio, nisi eius significatio passiua liquet, e. g. *Ciuitas est in periculo capiendi*. Hìc clarè constat significare passiuè; quia Ciuitas capitur, non capit, & hìc cognoscitur etiam ex ly. uoce *periculo*, quia periculum indicat malum, sicut spes indicat bonum. *La Città è in pericolo di esser presa, cioè, di prendimento, di presa*, nam gerundium semper est idem ac nomen actionale; itaut *est in periculo capiendi*, est idem ac *est in periculo captionis*. (49.) & sic de cæt.

GERVNDIVM NOMINATIVVS

Gerundij nominatiui constructio, & natura.

55 TErtius casus, cum uerbo *sum es est*, & cum nominatiuo, uerificatur tertius habitus (lib. 7. 51. §. 4.) ea n. quæ nobis sunt habemus, e. g. mihi sunt nummi, i. ego habeo nummos. Sic dicitur e. g. mihi est legere libros, i. ego habeo legere libros.

Et quia infinitum simplex fit gerundium, mutato *re* in *ndum*; ideò e. g. hoc infinitum, *mihi est legere libros*; fit; *mihi legendum est libros* (44.)

Et

Et quia quod nos habemus facere; id habemus facere ex aliqua necessitate, uel debito, seu conuenientia: hinc in consequentiam, hoc gerundium in *ndum*, sæpè importat uerbum *oportet*, & uerbum *debet*. e.g. mihi eundum est Romam: *io hò d'andare in Roma*: & solet intelligi: mihi necesse est, ut eam Romam, oportet me ire Romam: cogor ire Romam: debeo ire Romã, &c.

Portatur per omne tempus, & quid ei subintelligitur; & quomodo explicatur.

56 HOc gerundiũ nominatiuus portatur per omne tempus cũ ipso uerbo *sum es est* e.g. præs. amandum est: *si hà d'amare*: imperf. amandum erat: *si hauea d'amare*. Perf. amandum fuit: *si hebbe, e si hà hauuto d'amare*. Plusquam perf. amandum fuerat: *si haueа hauuto d'amare*. Fut. amandum erit: *si hauerà d'amare.*

2 Partit. præsens, & fut. amãdum sit: *si habbia d'amare*. Præs. & imperf. amandum esset: *si hauesse, e si hauerebbe d'amare*. Perf. amandum fuerit: *si habbia hauuto d'amare*. Perf. & plusquam perf. amandum fuisset: *si fosse, & si hauerebbe hauuto d'amare*. Fut. amandum fuerit: *si hauerà hauuto d'amare.*

Hic datiuus solet subintelligi; sicut n. in impersonalibus passiuæ uocis, subintelligitur ablatiuus, e.g. *itur* (s. à me, abs te, ab omnibus &c.) sic *eundum est* (s. mihi, sibi, omnibus &c.)

Qui datiuus quoties non adest accusatiuus uerbi, mutatur ad libitũ in ablatiuũ, e.g. mihi legẽdũ est, *io hò da leggere*, uel à me legendum est: *da me si hà da legere* (61.)

Et quoties non adest, nec datiuus expressus, nec accusatiuus; explicatur passiuè, ut supra, e.g. legendum est, *si hà da leggere.*

Gerundium nominatiuus semper est impersonale.

57 HOc gerundium semper est impersonale; quia nominatiuus est penitus alienus à gerundio; cùm sit idem ac nomen actionale; & nomen non potest habere nominatiuum; sed ipsum potest esse nominatiuus: ut re ipsa hic hoc gerundium est nominatiuus; e.g. mihi legendũ est; i. mihi est lectio agenda. Mihi legere est, i. ego habeo agere lectionẽ. Ego habeo legere.

Si habet accusatiuum, intelligitur actiuè.

58 LIcèt gerundium nominatiuus actiuè, & passiuè ad libitũ explicari potest; tamen cùm post se habeat accusatiuum, nõ potest intelligi, nisi actiuè: e.g. Cic. iterandum eadem est mihi, i. mihi iterare est eadem, i. ego habeo reiterare eadem; *io hò da rifare le stesse cose.* Plaut. aliqua consilia reperiundum est mihi: i. aliqua consilia reperire est mihi, i. ego habeo reperire aliqua consilia; *io hò da ritrouare alcuni consigli.*

Datiuus sæpè non exprimitur.

59 DAtiuus sæpè nõ exprimitur, & tunc licèt actiuè intelligendum est; tamen, si datiuus clarè nõ cõstat, explicatur passiuè; e.g. Cic. non fuit postulandũ fratrẽ inimici mei; i. non fuit postulare &c. *non si hebbe, &c.*

Aliquando tacetur sum, es, est.

60 ET aliquando tacetur etiam ipsum uerbum *sum es est*, e.g. Var. colligendũ eas in uas aliquod,

& re-

& reponendum, (i. colligendum est, & reponendum est.) Id. Var. faciendumque septa secreta ab alijs. Id. Var. frænos suspendendum. Virg. pacem à Troiano Rege petendum. Lucr. æternas quoniam pœnas in morte timendum: (i. timendum est nobis pœnas æternas) & sic de cæteris. Semper subintelligendo, tam datiuum, quàm ipsum verbum *sum es est*; sine quibus, saltem subintellectis, hoc gerundium non datur.

Si, deficiente accusatiuo, datiuus mutatur in ablatiuum, tantum passiuè intelligi potest; & necessariò intelligitur verbum oportet, vel debet.

61 CVm verò hoc gerundium effertur sine accusatiuo, tunc datiuus potest mutari in ablatiuũ, cum subintelligatur verbum *oportet*, vel debet, e.g. *mihi amandum est*, i. mihi amare est: *à me amandum est*, i. à me amari debet, vel oportet. Cic. quibus est à vobis, & ab Imperatoribus P. R. consulendum, i. quibus consuli debet à vobis &c.

Impersonalis passiui explicatio.

62 VT radicitus hoc gerundium intelligatur mihi explicandam duxi naturam impersonalis vocis passiuæ, & ante omnia sciendum est, nullo modo dari posse verbum sine nomine in suum nominatiuum, ac fundamentum; quia non potest dari actio sine agente, nec passio sine patiente, nec existentia sine re, & verbum ita procedit à nominatiuo sicut filius à matre, sicut effectus à causa, & sicut radius solaris ab ipso globo solis, & sicut deficiente sole, deficiunt ra-

dij, sic deficiente nominatiuo, deficit verbum. Hinc est, q; suppresso nominatiuo, verbum cõtrahitur (1.) vndè.

Non dicitur impersonale, quia non habet nominatiuũ; sed quoties ei nõ cõpetit vera persona in nominatiuũ, e.g. *mea interest legere libros*, i. in re mea est lectio librorum, i. ipsa actio legendi &c. (lib. 7. 7.) vera autem persona est ipsum subiectum rationale (lib. 7. 83.)

Secundo loco sciendum est, infinitum præsentis natum esse in nomen. Vndè impersonale vocis passiuæ habet in suũ nominatiuũ, ipsũ nomen *amare, legere*, &c. e.g. *amatur*, i. agitur amare, agitur amatio, agitur amor (lib. 7. 7.) vndè illis adiectiuis *amatũ* est, vel fuit: *amatũ* erat, vel fuerat: *amatũ* sit, vel fuerit, *amatũ* esset, vel fuisset: *amatum* erit, vel fuerit: subintelligitur substantiuum, *amare*, e.g. amatum est, i. actum est amare, acta est amatio, actus est amor, & sic de cæteris: vide lib. 7. 63.

Idem est cùm dicamus e.g. *amato, docto, lecto, audito, præliato* &c. e.g. comesto: *mangiato, che si hebbe: mangiato che si è: mangiato, che si hauerà*. i. acto comedere, acta comestione. Tac. lib. 2. *audito* Castellum Iuppiæ, flumini oppositum, obsideri, sex legiones eò duxit. Sall. *audito* Regem in Siciliam tendere: *vdito si, ventilato si, come si vdì, essendosi sparsa voce, essendosi vdito, saputo si* &c.

Sed impersonale gerundiale differt ab impersonali simplici: quia impersonale gerundiale, vt dictum est (55. § 2.) hic in consequentiam claudit verbum *oportet*, & *debet*. Vndè impersonale gerundiale explicatur addendo verbum necessitatis, vel debiti prout locus

ipse expóscit: imò quoties adhibetur passiuè, ri. non à cum datiuo, sed cum ablatiuo, semper significatur necessitas, vel debitum, e.g. à me legendum est: i. à me legi debet, à me legi oportet &c. cùm verò hìc verbū habet accusatiuum, tunc necessariò intelligendum est impersonale actiuum: e.g. mihi legendum est libros: i. mihi legere est libros, & cum ablatiuo nunquam potest habere accusatiuum. Sed.

Cum hìc adsit accusatiuus, tunc vtimur participio in *ndus*, vertendo s. huiusmodi accusatiuum in nominatiuum: *mihi legendum est libros*: dic, *mihi legendi sunt libri*: Cic. nec ita *claudenda* est res familiaris, vt iam benignitas aperire non possit, nec ita *reseranda*, vt pateat omnibus: *né si dee chiudere talmente, che, ne aprirsi talmente, che &c.* Cæs. ómnia vno tempore erant agenda, *hauea da fare tutte le cose in vn tempo: cioè, era astretto fare &c.*

Cùm adhibeatur infinitè.

63 HOc gerundium nominatiuus sæpe occurrit adhiberi etiam infinitè, e.g. Cic. (10.25.) neque temerè *credendum* iudicasse, à meis procuratoribus certior factus sum: *che giudicasti non douersi credere inconsideratamente: sono stato ben'informato da &c.*

E. g. puto legendum esse, *penso, che si hà da leggere*. imperf. putabam legendum esse: *pensauo, che si hauea da leggere*. Legendum erat (13.) puto: *penso, che si hauea da leggere*. Perf. puto legendum fuisse: *penso, che si hebbe, e si hà hauuto da leggere*. Plusquàm perf. putaui legendū fuisse: *pensai, che si hauea hauuto da legere*. Legendum fuerat,

tat, puto, (15 §. 2.) *penso, che si hauea hauuto da leggere.* Fut. puto futurum, vt legendum sit: vel puto fore, vt legendum sit, *penso, che si hauerà da leggere.*

2 Participio præs. & fut. puto legendum esse, *penso, che si habbia da leggere.* Præs. & imp. putabam legendum esse, *pensauo, che si hauesse da leggere.* Legendum esset, puto (18.) *pensauo, che si haueria da leggere.* Perf. puto legendum fuisse, *penso, che si habbia hauuto da leggere.* Perf. & plusq. puto legendum fuisse, *penso, che si hauesse hauuto da leggere.* Puto futurum fuisse, vt legendum esset, (20.) *penso, che si haueria hauuto da leggere.* Fut. puto futurum, vt iam legendum fuerit, *penso, che si hauerà hauuto douuto da leggere* (21.)

Quare declaratur per oportet, *&* debet.

64 Qvia, vt dictum est (55. §. 2.) hoc gerundium in consequentiam includit verba *oportet* & *debet*, ideò ferè per hæc verba exponitur, e.g. *à vobis consulendum est*, i. oportet, vt à vobis consulatur, à vobis consuli debet, vos debetis consulere &c.

Liu. hic vobis, aut *vincendum*, aut *moriendum* milites est? *hora soldati, o voi hauete à vincere, o à morire? cioè, hor bisogna soldati, o che voi vinciate, o che voi moriate? o che da voi si vinca, o che si perda la vita?* Cic. discessi ab eo bello, in quo, aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deueniendum in victoris manus, i. in quo necesse fuit, aut cadi, aut incidi, aut deueniri, &c. *doue non si è potuto far di meno di non cascare, o inciampare, o capitare &c.* Id. Cic. neque pugnandum

arbi-

arbitror contra tantas opes, nec dolendum summorum Principum principatum, neque permanendum in vna sententia; sed tempori assentiendum: *giudico non douersi, ne combattere, ne dolere, ne stare in vn parere, ma andare acconsentendo secondo và ricercando il tempo.*

GERVNDIVM GENITIVVS.

Gerundij in ndi *adhærentia.*

65 GErundium in *ndi* adhæret omnibus nominibus regentibus genitiuum; quia ipsum gerundiũ est nomen substantiuum (46. §. 4.) vndè vbicunque conuenit nomen actionale, vel eius æquale, conuenit & gerundium, ac inter se mutantur.

§ 2. Adhæret autem gerundium in di *ndi* primò nominibus substantiuis, e.g. Cic. *Magister calculandi* idem erat si dixisset, *Magister calculationis*, vel *Magister calculari*. Id. Cic. efferor *studio* patres vestros videndi. Studio videre patres vestros, vel studio visionis, seu visus patrum vestrorum. Id. Cic. hæ quidem sunt causæ diligendi potissimæ, i. causæ dilectionis, seu diligi, quas s. dilectio possidet potissimas (lib. 7. 23. & 24. &c.)

§ 3. Adhæret secundo nominibus adiectiuis, e. g. Cic. rudis tractandi animos, i. tractationis animorum, vel tractare animos. Tac. nescia tolerandi. Id. Tac. pauidus nandi. Id. Tac. vetus regnandi. Id. Tac. validus orandi: quem s. oratio possidet validum, & sic de cęt. (lib. 7. 33.)

adie-

Adiectiua fas, nefas, & opus.

§4 Hæc tria nomina adiectiua *fas, nefas*, & *opus* (lib. 7. 29. §. 6.) potius amant infinitum, quàm gerundium, e.g. potius dicitur, *est fas, est nefas, est opus dicere hoc*, quàm *dicendi hoc*. Virg. (2 156.) fas mihi Graiorum sacrata *resoluere* iura, fas *odisse* viros, atque omnia *ferre* sub auras. Cic. quid opus est affirmare? Id. Cic. opus est hoc fieri. Passiuè tamen *fas, nefas*, & *opus* potius amant actionale in *vs* (lib. 8. reg. 2. §. 5.) quàm infinitum, e.g. Cic. hoc fas est dictu. Ouid. ecce nefas visu. Ter. opus est dictu. Plaut. opus erit promptu.

§5 Sed quia *opus* importat necessitatem, & cum necessitate semper est coniuncta vtilitas (nihil n. est necessarium, quod non sit iuuabile, & nihil iuuat, nisi existat) ideò sæpè præfatum infinitum, quod suapte natura ostendit actionem imperfectam, mutatur in perfectum (lib. 8. reg. 2. § 4.) (deueniendo s. ad consequens, antecedenti prætermisso, propter desideriũ iuuaminis) locatúrque ipsum perfectum iuuabile in coniunctiuo, e.g. quod opus est affirmare? *chi di necessità: chi necessità vi è affermare?* mutatur, *quid opus est affirmato?* opus est hoc fieri, mutatur, opus est hoc facto, & sic e.g. cauere opus est, vel, cauto opus est. Plauto, & *dicto*, & *facto* opus est. Id. Plaut. opus est mihi istuc *exquisito*. Ter. in arcem *transcurso* opus est. Sal. Catil. priusquàm incipias *consulto*, vbi consulueris maturè facto opus est.

§6 Qui coniunctiui *dicto, facto, transcurso, consulto*; & simi-

& similia, sunt nomina adiectiua (participij in *tus* similitudinem habentia) quibus subintelligitur substantiuum *ens entis*, & interpretantur in nomina actionalia, e.g. *factum, facti*, est idem ac, *factio factionis*: *exquisitum ti*, est idem ac, *exquisitio nis transcursum si*, est idem ac, *transcursio nis*. Et quia nomina actionalia important, tam actionem, quàm passionem; ideò supradicti coniunctiui, possunt explicari tam actiuè, quàm passiuè. e.g. transcurso est opus: potest explicari: vel, *transcurre* est opus, vel *transcurri* est opus, & italicè solent explicari per infinitum, & non per ipsum nomen perfectum, e.g. attento opus est: *bisogna stare attento*: *bisogna starsi attentamente*: *cioè bisogna attentione*.

§ 7 Qui loquendi modus, si post se habet accusatiuum, potest concordare cum ipso adiectiuo, e.g. Agel. ea, quæ *dicto, quæsito*que est opus, i. ea, quæ est opus dicere, & querere: seu dici, & quæri, & poterat dicere; ea, quibus dictis, quæsitisque est opus. Cic. opus fuit Hirzio conuento, i. opus fuit Hirzium conuenire, seu conueniri, *Fù d'huopo essere ritrouato Hirzio*: *ritrouare Hirzio*: *ritrouarsi Hirzio*. Plauto, illis conuentis sanè opus est mihi, *mi bisogna senz'altro, che eglino sia trouati*, i. opus est mihi illos conuenire, vel conueniri.

Oportet.

§ 8 *Opus* venit à verbo *oportet*: vndè ex eisdem rationibus supra allatis, solet amare potius perfectum, quã infinitũ, e.g. oportet interemptã: *bisogna, che sia vccisa cioè, bisogna vcciderfi*. Cato, canes interdiù *clausos* oportet,

ter, vt noctu acriores, ac vigilantiores sint, i. oportet claudi, *bisogna, che siano chiusi: bisogna chiuderli: bisogna stare chiusi.* *Tertio adhæret verbo.*

Gerundium in *ndi* adhæret etiam verbo: e.g. *ricordati d'andare là?* recordare eundi eò? i. itionis eò: vel ire eò. Tac. *Placinam Augusta monuit Agrippam insectandi.* Quia dicitur, monere aliquem talis rei. Et quia dicitur etiam *de tali re*, vel, *talem rem*; ideò poterat etiam dicere: monuit Placinam de in sectando; vel ad insectandum Agrippam, i. monuit Placinam insectationis, de insectatione, vel ad insectationem Agrippæ.

Et quia gerundium est idem ac ipsum infinitum simplex, atque ipsum nomen actionale, ideò etiam extra genitiuum repetitur gerundium in *ndi* post verbum in alijs casibus. e.g Cic. (3. de off.) si *discendi* labor est potius, quàm voluptas, vbi, *discendi*, est nominatiuus, *se l'imparare* &c. Id. Cic. cum haberem in animo *nauigandi*, vbi, *nauigandi* est accusatiuus, i. cùm haberem in animo nauigationem agendam: *hauendo nell'animo nauigare*. & ratio est; quia infinitum gerundium, excepta terminatione, est idem ac ipsum infinitum simplex natū, & ipsum infinitum simplex præsentis natum, est idem ac ipsum nomen actionale (49.)

Sed miror, cur in omni casu non fuerit adhibitum gerundium eiusdem casus: e.g. si dicendum labor est potius, quàm voluptas, & sic de cæt.

Sed infinitū pendens à verbo seruili non potest mutari in gerundium; quia illud infinitum potest mutari

in

in gerundium; quod potest mutari in nomen actionale: eg. *desidero comedere*; potest mutari in *desidero comedendi*: quia potest mutari in *desidero comestionem*. Sed e g. Petrus *solet comedere*, non potest mutari in *solet comedendi*: quia non potest mutari in *solet comestionem*, & gerundium semper, excepta constructione, est idem ac nomen actionale.

Infinitum gerundium mutatur ad libitum in infinitum simplex, vel in nomen actionale, vel in eius æquale.

66 QVia infinitum simplex, excæpta terminatione, est idem ac infinitum gerundium; & gerundium, excepta constructione, est idem ac nomen actionale, & nomen actionale est idem ac ipsũ suũ nomen correspondens; ideò hæc quatuor mutantur inter se ad libitum, e. g. hora cænare, seu cænari; hora cœnandi: hora cænationis: hora cœnæ. Facultas argumentari: facultas argumentandi; facultas argumentationis: facultas argumenti.

E.g. Liu. tempus est, aut pacem componi, aut bellum geri, i. tempus est, aut componendi pacem, aut gerendi bellum, *vel* tempus est aut compositionis pacis, aut gestionis belli. Virg. (2. 10.) sed si tantus amor casus *cognoscere* nostros, & breuiter Troiæ supremum *audire* laborem, i. amor cognoscendi nostros casus, & audiendi supremũ, &c. *vel* amor cognitionis nostrorũ casuum, & auditionis, seu auditus supremi &c. quæ variatio fit in omni casu, imò. Quo-

Quoties constructio conuenit pluribus casibus ipsa variatio fit omnibus his casibus, e.g. Virg. (ec. 7, 5.) *& cantare pares, & respondere parati*: pares *cantare, in cantando, in cantatione, in cantu*: pares *cantare, cantando, cantationi, cantui*: pares *cantare, cantandi, cantationis, cantus*; quos s. cantatio possidet pares (lib. 7 30.) parati *respondere, ad respondendum, ad responsionem ad responsum, seu responsa*: parati *respondere: respondendo: responsioni: responso* (lib. 7. 54.) & sic de cæteris.

Finis agentis, fit, causa, vel gratia.

67. CAusa finalis, i. finis agentis, latinè explicatur multis modis, e.g. *vado à Roma per litigare*, eo Romam, vt litigem, litigatum, ad litigandum, litigaturus, &c. præcipuè explicatur per nomen *causa* vel *gratia*; quibus substantiuis eleganter adhæret gerundium in *di*, e.g. eo Romam causa, vel gratia litigandi, i. ad effectum, ad finem litigandi, i. causa litigationis, vel causa litigare.

§ 2 Est autem finis agentis, seu causa finalis, *illud, ad quod intentionaliter agit agens, id, quod agit*, e.g. ego ideò eo Romam, quia intendo ibi litigare; finisque meus Romam euntis est ipsa litigatio, ad quam (i. causa cuius) ego ago hanc itionem eo Romam.

Causa antecedens.

§ 3 Si, *per*, dicit causam antecedentem, non fit gerundium in di, nec in *dum*, sed alijs modis, claris; e.g. *io cascai per correre*: hic ly *per*, non dicit causam finalem; quia non dicit me intentionaliter cecidisse ad finem

vt currerē; sed dicit cursum fuisse causam antecedentē mei lapsus: ergò fit, e.g. cecidi ob cursum, vel quia cucurri, vel cum cucurrissem; &c. sed ne dicas, *currendo cecidi:* quia sic ostenditur cecidisse in ipsa cursione, & non ob ipsam cursionem; captus n in ipsa cursione potest euenire ex alijs causis quàm ab ipsa cursione, vt e.g. ex delirio, &c. vndè locutio esset confusior, quàm per gerundium in *di:* quia hìc per gerundium in *di*, causa antecedens saltem intelligeretur per discretionem; quia non datur casus, vt quis intentionaliter agat lapsum suum ad finem, vt currat: *à currendo* tamen rectè dicitur, quatenus s. ab ipsa cursione prouenit meus lapsus. Quia per disiunctiuum ostenderetur origo lapsus. Similiter rectè diceretur, *cecidi à cursionē.*

Per non: non per.

§ 4 Al. *per non*; respondet elegantissimè, negatiua, *ne*, e g. maneo hìc, ne laborem *per non fatigar:* Cic. ne te diutius teneam, nullius consilij exitum inuenimus. Ter. omnia facerem, hoc ne facerem: longè elegantius, quàm, *causa non faciendi hoc*. Quia quò dictio est breuior, & significantior, ac boni soni, cò elegantior est.

Cùm verò, *non* præcedat, non verificatur vulgare particulæ negatiuæ, *ne*, & fit gerundium; e.g. Cic. contulit se Syracusas non negotiandi causa, sed otiandi: *non per negotiare: non à negotiare: non à fine di negotiare, ma per starsine a riposo*. Id. Cic. hoc non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei.

Si, per, transit ad aliud agens, non fit gerundium.

68 SIcut non datur mater sine filio, sic non datur nominatiuus sine verbo; cum nominatiuus nõ sit aliud nisi fundamentum verbi (lib.7.n.7.) à quo s. ipsum verbum dependeat. Ideò si, *per*, cadit super alterum agens, non fit gerundium; quia gerundium est idem ac nomen actionale, & consequenter, hoc alterum agens, remanet sine verbo, e.g. *io parlauo fortemente per vdire tu*: non potest dici: loquebar elata voce causa audiendi tu: nec ad audiendum tu: quia *causa audiendi* est idem ac *causa auditus*, (seu *auditionis*, & *ad audiendum*, est idem ac, *ad auditionem*, & sicut non rectè diceretur: *loquebar causa auditionis tu*: nec *ad auditionem tu*, sic &c. sed dicitur, loquebar elata voce, vt audires tu, &c. ergò intelligas, quod vbi non conuenit nomen actionale, ibi nullum conuenit gerundium, cum sint idem.

Quare gerundium significat passionem.

69 GErundium sub eadem voce significat actionem, & passionem; quia. Formatur ab infinito simplici, mutato *re*, & *ri*, in *ndum*. Vtrumque infinitum actiuum, & passiuum comprehendens (44.) & habetur in vim nominis actionalis, quod est significationis actiuæ, & passiuæ, e.g. Cic. quæ omnia perfacilem rationem habent reprehendendi: i. reprehensionis, vel reprehendi. Iust. quod ad te nõn tam cognoscendi, quàm emendandi causa, transmisi: i. non tam causa cognitionis, quàm causa emendationis, i.

non

non tam causa cognosci, quam causa emendari. Cic. hæ quidem sunt causæ diligendi potissimæ, i. causæ potissimæ dilectionis, seu diligi. Suet. cui lectica per vrbem vehendi ius tribuit, i. ius vehectionis, vel ius vehei: *di poterſi far portare: di potere eſſere portato: di poterſi portare* &c.

Conſtructio in Vim ſimplicis infiniti, & in vim nominis actionalis.

70 GErundium quatenus habetur in vim simplicis infiniti, sequitur constructionem verbalem, e.g. fuit studium scribendi tabulas: & quatenus consideratur in nomen actionale, sequitur constructionē nominalem, e.g. Ter. fuit studium scribendi tabularum: i. scriptionis tabularum (50.)

Cum verbum regat accuſatiuum vtimur voce participij in dus.

71 CVm verbum regat accusatiuum, fit etiam participium in *dus*: e.g Cic. (11.5.) spes recuperandæ salutis. Id. Cic. (2 22.) causa retinendæ dignitatis tuæ. Tac. certus vitæ relinquendæ: *ſicuro della vita abbandonanda: certo della vita, che ſi hà d'abbandonare la vita: certo d'abbandonare la vita*: sed hic rationabilius dicitur, e.g. *certus relinquendi vitam*, quàm per participium, certus relinquendæ vitæ. (79.)

GERVNDIVM DATIVVS.

Gerundij datiui adhærentia.

72 QVoties infinitū præsentis verificatur adiunctiuus (1.7.46.) semper rectè fit gerundium

in *do*, casus datiuus, e.g. *io attendo à componere l'humaniarca*: incumbo (vaco, sum applicatus, &c.) componendo humaniarcam, i. compositioni humaniarcæ, i. incumbo componere humaniarcam, (sed infinitum simplex, minus habet leporis) Cic. (8.8.) in æde Apollinis astuerunt scribendo, *à scriuere, à sottoscriuer il decreto*. Quia sicut dicimus, e.g. *adsum huic rei*, sic dicitur, e.g. adsum canendo, *à cantare*, comedendo, *à mangiare*; &c. Plaut. dabo operam quærendo Epidium: *à cercare*, i. quæsitioni, seu quærere. Cic. magna animi contensio adhibenda est explicando Aristotilem, *ad esplicare*, i. explicationi Aristotilis, vel explicare Aristotilem. Id. Cic. puer est aptus discendo: *ad imparare*: (vide lib. 7. datiuum.)

Cum regat accusatiuum

73 CVm regat accusatiuum, eleganter fit participium in *dus*, e.g. Cic. Lentulus literis dandis proxima nocte vigilauerat, i. vigilauerat dando literas: *hauea vigliato à scriuere*: Liu. Consul placandis Dijs operam dat: *à placare*, &c. Id. Liu. quod spatium supplendo exercitui satis esset: i. supplendo exercitum: *ad assupplire*.

Exempla significationis passiuæ.

74 PLin. nullum semen vltra quadrimatum vtile est serendo, i. sationi, vel seri, *à seminare, ò seminarsi: per seminare; ad esser seminato*. Id. Plin. nitrosa aqua vtilis est bibendo: i. vtilis, bibi, vtilis vt bibatur, vtilis, quæ bibatur, *buona, vtile à bere*. Id. Plin. charta

empo-

emporotica vtilis est scribendo, *à scriuere*: in qua s. scribatur. Id. Plin. alexandrinæ ficus non sunt vescendo, i. non sunt bonæ vesci: *non son buone à mangiare*: quæ s. edantur.

Habilis sæpè tacetur.

75 QVia datiuo pręcipuè competit aptitudo; hinc sæpè, nomen, quod importat aptitudinem alicui rei; tacetur, e.g. ex Plin. nulli rei esse: *non hauere attitudine à nessuna cosa: tu non sei buono à niente: tu non serui à niente*: nulli rei es: hic cui rei est? *costui à chi cosa è buono?*

Ex hac ratione hic nomen aptitudinis, sæpè tacetur, e.g. Cic. cum soluendo Ciuitates non essent, i. cũ non essent habiles, aptæ idoneæ, sufficientes, potentes, valentes solutioni: *non essendo habili al pagamento: non potendo pagare*: Liu. nec soluendo ære alieno respublica esset: *ne essendo habile à pagare: ne potendo pagare le debita; ne potendo sdebitarsi*. Id. Liu. sit ne aliquis plebeius ferendo magno honori?

Quæ aptitudo præcipuè potest subintelligi instrumentis, e.g. pinna scribendo, i. apta scribendo *penna da scriuere, buona à scriuere*: falx metendo: *falce da metere: cioè buona à metere*: equus currendo: *cauallo da correre, cioè valente à correre: atto al corso*, &c.

GERVNDIVM ACCVSATIVVS.

76 HOc gerundium regitur ab omnibus nominibus, & verbis accessum importantibus; & quia accessus habet præpositionem, *ad*, hinc hoc ge-

rundium, vt plurimum reperitur hac præpositione comitatum, e.g. Cic. neque res vlla, quæ ad placandos Deos pertinet, prætermissa est: i. ad placationem Deorũ. Plin. singulare remediũ habēt ad refrigerandum in morbis ardores, i. ad refrigerationem, &c. *à refrigerare.*

Ad mutatur in *ob*, *propter*, & *in*

§ 2 Præpositio, *ad*, cũ significet causã finalẽ mutatur in, *ob*, *propter*, & *in*, e.g. Cic. ad Troiã missi *ob*, defendã Græciã: i. ad defendẽdã Græciã. i. causa gratia; fine defendendi Græciã, i. ob defensionẽ Græciæ. Val. Max. proficiscitur ad Vrbẽ *propter* auspicia repetenda. Liu. polliciti abietem *in* fabricandas naues. Id. Liu. omni cura *in* augendas regni opes intentus fuerat.

Cum non significet causam distinctam.

§ 3 Quartus casus non semper importat accessum distinctum, vndè mihi visus fuit appellandus potius cõstrictiuus. (i. lectum ibi?) hinc huic gerundio, quod est casus quartus, non solùm competunt præpositiones, quæ accessum important sed etiam aliæ, quæ important constrictionem: vndè admittit.

Inter, e.g. Liu. inter spoliandum corpus hostis percussus est, i. inter spoliationem corporis: *tra lo spogliare, dentro lo spogliare, mentre lo stàua spogliando.* Virg. (ec. 9. 22.) Tityre pasce capellas & pastas, age potum, & *inter agendum* caueto, &c. i. inter actionem, &c. *mentre le meni à bere, stà accorto che,* &c.

Circa. Plin valet *circa* mouẽdũ: i. circa motionẽ. Plin. disciplina maiorũ *circa* educãdos, formãdosq; liberos, i.

circa

circa educationem, & formationem liberorum.

Ante Virg. (3. gior. 207.) ante domandum ingentes tollunt animos, i. ante domationem: ante quàm domentur.

Quid de alijs præpositionibus.

§4 Sed quid dicendum de alijs præpositionibus regentibus quartum? quia auctoritates non habeo, hinc non audeo dicere, omnes præpositiones conuenire gerundio, quæ conueniunt nomini actionali, cùm gerundium, & nomen actionale sint idem, e.g. extra lectionem, extra legendum: post lectionem, post legendum, & sic de cæteris sed hoc non sit dictum, dum vestigia tantum calcari, & non rationis viam sequi, pecorum ritus permittit.

Oh Deum immortalē? e.g. in tot voluminibus vix reperitur, *ante*, cum gerundio, extra hanc vicem à Virgilio, vt supra: si hac vice euasisset à Virgilio adhiberi, tu esses mihi imperfuasibilis, eam posse adhiberi? si dicitur *ante legendum*, cur non dicatur, *post legendum*? si dicitur, *inter legendum*, cur non dicatur, extra legendum? si gerundium admittit præpositionem; cur hanc, & non illam? assigna mihi diuersitatis rationem? caue mutes nomina rebus, constructionem duc non minus liberè ratione, quàm vsu.

Significationis passiuæ exempla.

77 QVint. sunt autem neque obscura, neque ad percipiendum difficiliora, i. ad perceptionem, seù percipi, *ne oscuri, ne molto difficili ad intenderst.*

Cic. sunt quædam eorum perdifficiles ad iudicandum. Id. Cic. multa eius indicia, sed ad scribendum non necessaria. Id. Cic. quod erat ad vescendum hominibus apta pecus. Colum. grauis est rubrica ad comprehendendum. Varr. erant ad domandum proni, i proni ad domationem, proni, qui domentur, proni, domationi, seu domando: (54.) domatu proni, proni domari.

Quæ verba adhærent potius participio in dus, *quam gerundio.*

78 Participium in *dus* importat rem *dasfirsi*, i. importat passionem futurā, & quia verba *do, trado, loco, conduco, suscipio, accipio, porrigo, sumo, assumo,* & cætera huiusmodi, quando traditionem, translationem, vel quomodocunque transitum ad aliquem fiē verificant, res verificatur futura, vt fiat, hinc quoties res verificatur facienda, participio adhæret.

E. g. *io diedi le mie compositioni à copiare, à fine d'essere copiate; per essere copiate: per copiarsi.* dedi meas compositiones describendas: *allogai la mia casa à Pietro ad habitarla*: locaui meam domū Petro habitandam quia hic domus verificatur habere habitari: verificatur futura, vt habitetur. Cic. attribuit Ciues interficiendos Gabinio; vrbē inflammandam Cassio; & totā Italiam diripiendam Catilinæ *assegnò li Cittadini à Gabinio ad vcciderli per li vccidere: perche l'vccidesse affinche l'vccidesse, ed à Cassio, &c. cioè, per esser' vccisi*; hi ciues verificātur futuri, vt occidātur ab ipso Gabinio: &c. Id. Cic. gloriam P. Aphricani tuendā cōseruādāque suscepit. §2

§ 2 Et quia participium est adiectiuum; hinc si nomen antecedens locaretur alij casui, alij casui locandum esset participium, e.g. dicimus. *do ei rosam*, & *do eam rosa*: sic, dicitur e.g. do ei pipones comedendos, vel do eam piponibus comedendis. *le do à mangiare piccioni*.

§ 3 Quæ participia, non admittunt præpositionē interpositam, quia inter substantiuum, & adiectiuum non potest intercedere præpositio: vndè si interponeretur præpositio, esset necessarius alter accusatiuus, e.g. tradidi meas compositiones Petro destribuendas, vel ad eas describendas, & nisi exponatur, subintelligeretur; quia non interposita huiusmodi præpositio, hoc adiectiuum sequens, non potest adhærere substantiuo antecedenti.

§ 4 *Curo*: etiam prædictam legem sequitur, quia s. ea curamus fieri, quæ facta non sunt; sed habent fieri, & quia hoc verbum non importat transitum, ita vt verificentur duæ actiones distinctæ, ideò nullo modo admittit præpositionem interpositam, e.g. locabo domum meam, ad eam habitandam, actionem habitandi præcedit distinctè actio locationis, sed cura incumbit indistinctè ipsi secundæ actioni, e.g.

Cic. (1.9.) quos libros ad te perferendos curabo, *ti li farò recare, hauerò cura di fartili ricapitare, farò che ti siano ricapitati*. Plin. Iunior, petis, vt libellos meos, quos studiosissimè comparasti, recognoscendos, emendandosque curem, *i.* vt curem recognosci, & emendari.

Cic.

Cic recenti negotio, ad te literas misit mittendasque curauit, i. curauit mitti, i. vt mitterentur.

Supradicta verba traditiuá, rarò adhærent gerundio; & rarò infinito.

§ 5 Supradicta verba traditiua possunt etiam adhærere gerundio, e.g Cic. cum alteri Syriam ad diripiendum tradidisset; sed hoc rarò, & rarò etiam adhærent infinito, e.g. Virg. dederatque comas *diffundere* ventis, i. diffundendas. Id. Virg. quæ dona ille suo moriens dat *habere* Nepoti. i. habenda, Id. Virg. magnum dat *ferre* talentum, i. ferendum, vt feratur; vt ferat, ad ferendum illud, ad lationem illius, &c.

Hic ablatiuus quando exponitur.

§ 6 In supradictis formulis, ablatiuus agens non solet exponi; quia solet intelligi ipsemet datiuus, e.g. dedi meas compositiones Petro describendas; i. describendas ab ipso Petro: vt ipse eas describat; vt eæ describantur ab ipso, sed si in secunda actione, non est agens ipsemet datiuus, exponitur, e.g dedi meas compositiones Petro describendas à francisco.

An detur gerundium adiectiuum.

79 ADiectiuatio est contra essentiam gerundij; quia gerundium, vel consideratur vt simplex infinitum, (45 § 4.) vel consideratur, vt nomen actionale, & vtroque modo consideratum; verificatur nomen substantiuum.

Cum ergò Grammatici dicant, gerundium, cum regat accusatiuum, posse adiectiuari, scias eos debere dice-

dicere tunc nos elegantius adhibere participium in *dus*, vertendo s. ipsum accusatiuum in ipso casu gerundij, e.g. mihi legere est libros, per gerundium fit *mihi legendum est libros*, per participium verò fit, *mihi legendi sunt libri*, per gerundium fit, est tempus legendi libros, vel per participium, est tempus librorum legendorum, & sic de cæt.

Falluntur autem grammatici in hoc, ex terminatione gerundij in *ndum*; concipientes ex hac simili figura, naturam participij in *dus*; sed participium in *dus* semper importat ipsum patiens; gerundium verò nequaquam; quia gerundium formatur ab vnoquoque verbo: sed hæc terminatio similis participio in *dus*, sortita est casù, & non quod participio in *dus* sit aliquid cũ gerundio.

Obijcies e.g. *ego legendis libris euasi doctus*; hìc libri verificantur lecti, i. *cùm legissem libros euasi doctus*, participium in *dus* importat actionem, quæ habet fieri, ergò; &c.

R. quod hìc consideratur actio ipsa legendi, in actu ipso, quo s. leguntur libri ipsi; & sic semper uerificantur in aliquo residuo, *che si han da leggere*.

Vbi aduerte, quod quoties actio non verificatur omninò facienda, tunc est validius gerundium, quàm participium, e.g. potius dicitur, *legendo libros euasi doctus*, quàm, *legendis libris euasi doctus*, in nominatiuo verò, datiuo, & accusatiuo, actio solet verificari omninò agenda; & consequenter in his casibus participium

præ-

prætertur gerundio, ſed vbicunque actio non verificatur omninò agenda, ſcias ibi, ex ratione, gerundium præferendum eſſe participio, quidquid habeant indiſcretè loquentes; ac ritu pecorum pergentes, quà itur, & non quà eundum.

GERVNDIVM ABLATIVVS.

80 VBi ſignificatur ſeparatio, ibi gerundium ſeparatiuo adhæret; e.g. Cic. ſtoici traducti à diſputando ad dicendum, inopes reperiuntur. Id. Cic. à dicendo refugiſti. Ter. non fit ex vera vita, ſed ex aſſentando, indulgendo, & largiendo. Cic. inuidiæ verbum, dictum eſt à nimis intuendo fortunam alterius. Quin. ex defendendo maior gloria, quàm ex accuſando reportatur, i. maior gloria reportatur ex defenſione, quàm ab accuſatione.

Si verbum regit accuſatiuum, vtimur etiam participio in *dus* e.g. Quint. à regendis Ciuitatibus totos ſe ad cognitionem rerum tranſtulerunt. Sed hìc gerundium eſt rationabilius (79.)

GERVNDIVM CASVS SEPTIMVS.

81 VBi ſignificatur coniunctio, ibi, gerundium coniunctiuo adhæret: &c.

Vt gerundium intelligas: ſcito ſemper eſſe idem ac nomen actionale. Vndè quoties eo mutato in nomen

actio-

ãctionale, locutio non verificatur bona, tunc gerundium non habet locum; e.g. ego legendo libros euaſi doctus, i. ego lectione librorum euaſi doctus. Cic. (1. 2.) maximè viſi ſumus commouere Senatum *commemoratione tuæ voluntatis*, i. commemorando tuam voluntatem. Ter. (adef. att. 3. ſc.2.) ego vapulando, ille verberando, vſque ambo defeſſi ſumus, i. ego vſque defeſſus ſum vapulatione, ille vſque defeſſus eſt verberatione, *io eſſendo battuto, egli battendo, affatto l'vn'e l'altro ſtancammo*. Virg. (2.80.) fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures nomen Palamedis, i. faſſione alicuius rei: *ſe col ragionare di qualche coſa, ſe diſcorrendo qualche coſa, ſe diſcorrendoſi di qualche coſa*, peruenit &c.

Recipit præpoſitiones competentes nomini actionali, e.g.

82 IN, Fab. Stoici *in* colligendo, probandoque, quæ inſtituerant, plurimum valent, i. in collectione, & probatione eorum, quæ, &c. Cic. quis eſt *in* ſcribendo tam impiger. Id. Cic. (13.1.) minimè *in* rogitando moleſtus. Id. Cic. ſi vbertas *in* percipiendis fructibus fuit, conſequitur vtilitas *in* vendendis, i. ſi fuit vbertas in perceptione fructuum, conſequitur vtilitas in illorum venditione. (79.)

De. Plin. vt *de* progrediendo cogitarent, i. de progreſſione. Cic. tu quid cogitas *de* tranſeundo in Epirum, ſcire planè volo, i. de tranſitu, ſeu tranſitione: *del paſſare: circa il paſſare: intorno al paſſare*, &c. Id. Cic. (14.13.) quod ſcripſi ad te proximis literis *de* nun-

cio

cio remittendo, i. de nuncij remissione.

Pro. Plaut. heus senex *pro* vapulando abs te mercedem petam, i. pro vapulatione. Id. Pla. pro amplianda patria. Val. Max. pro eo imperio augendo, Deorum indulgentia excubuit, i. pro auctione eius imperijs, & sic de cęt.

Super. Hor. decreta *super* iugandis feminis, i. super iugatione feminarum, *sopra, circa, intorno il congiongere, il congiongimento, la congiontione*, &c. Tac. legatis missis *super* petenda Armenia, respondit, i. super petendo Armeniam, vel petitione Armenię.

Cum. Quin. ratio scribendi, iuncta est *cum* loquendo, i. cum locutione, *il modo del scriuere è congionto con quello del parlare.*

Sine Grammatici negant posse adhęrere gerundio: vsu caremus, ratione abundamus: *cum*, reperitur forsitan tantum semel apud Quintilianum, vt supra, & hinc illā admittūt, *sine*, quia hac vnica vice caret, negatur: ego tamē liberè dicerē, e.g. vel sine cantatione vel sien cātādo, sine lectione, vel sine legēdo, &c. (76.§.4.)

Ergò e.g. *nessuno senza leggere può diuentar dotto*, dic nemo non legens; vel nemo sine legendo; vel nemo sine lectione euadit doctus; vel melius nemo cum non legat, euadit doctus. Script. quomodò literas scit si non didicerit? *come vuol saper lettere se non ne hà imparato: senza hauerne imparato.*

Cum

Cum regat accuſatiuum.

83 CVm verbum regat accuſatiuum, poſſumus vti participio in *dus* e.g. Cic.(1. 2.) videbatur reconciliata nobis volantas ſenatus eſſe, quod tum dicendo, tum ſingulis appellandis, rogandiſque perſpexeram; i. quod perſpexeram tum ſingulos, appellando, rogandoque, i. in ipſa ſingulorum appellatione, & rogatione. Id. Cic. tu legendis rebus noſtris orationem efficis pleniorem. Id. Cic. in referenda gratia, hoc ſemper præſtabo, mihi neque in conſilijs capiendis, diligentiam; neque in periculis propulſandis, animum; neque in ſententia referenda, fidem defuturam.

Exempla gerundij paſsiuè.

84 VIrg. cantando rumpitur anguis, i. cantatione, *col precanto, colla precantatione, eſſendo precantato, precantandolo, precantandoſi*. Id. Virg alitur vitium, viuitque tegendo. Id. Virg. violentia Turni creſcit medendo. Quint. memoria ex colendo, ſicut alia omnia, augetur. Plaut. vapulando pereo.

7 *Caſus exceſſus.*

85 CVm verbis, *vnico, ſupero, antecello*, &c. hoc gerundium verificatur ſeptimus caſus exceſſus, e.g. Virg.(ec.3.25.) cantando tu illam viciſti? i. cantatione: *lo vinceſti à cantare? di cantare? cantando*, &c.

DE INFINITO SVPINO.

Supinum quid.

86 INfinitum præsentis, cùm habeat significare finē ipsius agentis, vel studium ipsius actionis, elegantius transformatur in quandam vocem clausam in *um*, quasi arculum continentem finem ipsius agentis, vel studium ipsius actionis; e.g *eo Romam litigare*, elegantius fit, *eo Romam litigatum*, i. *eo Romam fine litigandi*, vndè sic definiri potest.

Supinum est infinitum præsentis transformatum in quandam vocem clausam in *um*, ipsius agentis, finem, vel ipsius actionis studium continens. Quod, & infinitum in *um* dici potest.

Supinum vndè.

87 VSus est, vt verba ducantur per quatuor voces; quarum vltima, ac suprema sortitur in *um*, e.g. *amo, amas, amaui, amatum*; hinc grammatici hanc quartam vocem appellauerunt *supinum*, forsitan; quia in ipsa ductione superat alias tres voces antecedentes, sed ex hac sola ratione potius appellauissent *superatiuum*, verisimilius hæc vox mihi videtur appellata *supinum*, similitudine nominis *supinus na num*, quod est illud, quod ventre, & facie iacet Cælum versus, otiosū, ac sine motu; quia tres voces præcedentes mouentur ducendo per omnia tempora, e g. amo, amamus, amabam, &c. amas, amati, amabas. &c. amaui, amauimus, amaueram, &c. hæc verò quarta vox nunquam mouetur, sed quasi supinè iacet sine motu, i. sine ductu per tem-

tempora, vel dicitur *supinum* per ironiam, i. per contrarium sensum; quia s. intrinsicè semper motum, ac studium significat: ergò quod ad vocem attinet, rectè dicitur supinum; quòd verò attinet ad significationē, dicitur *supinum* per ironiam.

De motu.

88 TRes sunt animæ nostræ rationalis potentiæ, nempè, *memoria* ad retinendum; *intellectus* ad discurrendum; & *voluntas* ad eligendum: vndè mens nostra hominum est suapte natura operatoria, ac ambulatoria; & vbi ad exequendum aliquid est necessaria operatio corporis, ibi ipsa voluntas imperatrix imperat corpusque ipsum trahit ad illius executionem; præscias ergò motum rationalis principaliter esse mētalem, corporalem verò dari tantum ad obediendum ipsi voluntati imperanti.

Ex quibus verbis non formatur supinum.

89 POst verba impersonalia non datur supinum, quia supinum explicat finem agentis seu operantis, verbum impersonale est illud, quod caret nominatiuo rationali; finis non datur, nisi in operante rationali, ergò, &c.

Multa verba, licèt ea præcedat nominatiuus rationalis, tamen non habent supinum propter malum sonum, e g. timeo non habet *timitum* disco non habet *dicitum*, studeo non habet *studitum*, & sic de multis alijs, sed tunc locutio fit per alias formulas e.g. *io vado à Napoli per istudiare*: eo Neapolim, vt studeam; causa, gra-

tia, sine intentione studendi, vel studij, alijsque modis.

Verba neutra (lib.7.n.60.§.2.) non solent habere supinum.

Supini formatio.

90 Circa formationem supini adhuc nō habeo certam regulam; tamen ferè formatur à præterito mutata vltima syllaba in *tum*, vel *ctum*, e.g. ama*ui*, ama*tum*, do*cui*, do*ctum*, le*gi*, le*ctum*, audi*ui*, audi*tum*, sed quia non verificatur semper, ideò regulare & vsu.

Ex verbis verò, quæ habent præteritum in *us*, vt e.g. gaudeo, gauisus, prælior, præliatus, &c. formatur mutato *s*, in *m*, e.g. gauisus, gauisum, præliatus, præliatum, & sic de cæt.

Exceptis verbis in *or*, passiuis, quæ veniunt à verbo in *o*, e.g. ex *amo*, fit *amor*, quæ credo non claudi ad euitandam amphibologiā. Grammatici verò pro passiuo dant supinum in *u*, quod sibi somniauere.

Supini constructio.

91 Supinum post se regit eosdem casus, quos si esset merum verbum; e.g. laboro lucratum victum: eo inseruitum Principi &c.

An post se posit habere nominatiuum.

92 Supinum post se non potest habere nominatiuū; quia nominatiuus copulans, non datur, nisi post ipsum idem verbum, cuius est nominatiuus antecedens; e.g. rectè dicitur, *studeo, vt euadam doctus*; quia intelligitur, *studeo, vt ego euadam doctus*; vbi verificatur copulatum verbum, *euadam*, sed dicendo e.g. *studeo euasum*

sum doctus, ly *euasum* non habet ante se nomen, cui post se, respondeat ly nomen *doctus*: supinum n. est ipsum infinitum præsentis, non suppressum, quod occupat locum nominis (43) semperque dependet à verbo,

An supinum post se possit habere ablatiuum agentem.

93 GRamatici negant supinum post se posse habere ablatiuum agentem, & dici, e. g. *veni huc vapulatum abs te*: sed, vt vapulem abs te; vel aliter. Rationem verò huius negationis non inuenio, quia etiam supino intellecto in merum nomen, ablatiuus agens non disconuenit supino, e.g. veni huc ad vapulationē, seu verberationem abs te: quatenus s. abs te oritur vapulatio, seu verberatio.

Cum verò verbum idemtificatur (99.) tunc non solū adest ratio sed etiam auctoritas, e.g Cic. (Att. 15.) *Brutum, vt scribis visum iri à me, puto*, i. puto omninò videri à me, i. tale extabit studium meum ad videndum eum, vt puto omninò videri à me, *per quanto tu scriui, io penso, che Bruto si vegghi da me, non mancando del canto mio studio per vederlo.*

Cuius significationis sit supinum.

94 SVpinū suapte natura est significationis actiuæ, nisi natura verbi sit aliter, e.g. *vapulo, veneo, & liceo*, sūt significationis passiuæ, & passiuè significat eorum supinum; e.g. Plaut. coctum ego, non *vapulatum* condutus sum; *e non per esser battuto.*

Supinum quare adhæret verbis.

95 SVpinum adhæret verbis, quia supinum est quasi arcula continens finem ipsius operantis, & operatio non datur nisi in verbis. Vndè hac voce semper rectè explicatur finis ipsius agentis; seu operantis, e.g. qua causa, qua intentione, quò fine moraris hìc? resp. e.g. præstolatum meum fratrem: *per aspettare, ad aspettare*, &c. Ter. perconatum ibo: *ad informarmi*, vbi finis meus euntis est, vt perconter. Id. Ter. vbiubi erit inuentum tibi curabo; & adductum mecum tuum Pamphilum, i. curabo fine eum inueniendi tibi, & adducendi, *à ritrouartelo, e cõdurtelo meço.* Cæs.(de bell. hisp.) milites Regis Hispaniæ sunt defensum Imperatorem; *à difendere, per difendere*, &c. vbi motus verificatur in mente militum circà defendendum Imperatorem, quia non potest dari nulla actio humana (vt humana) sine motu, i. sine discursu; nec sine fine: vndè illud; *omne agens propter finem.*

Obijcies; *sum es est*, est verbũ neutrum, & consequenter nullam importat actionem, sed tantum importat essentiam, ergò, &c.

R. hìc ly *sunt* non consideratur secundum suam naturam; sed quatenus milites faciunt illam actionem morandi ibi, & abstinendi ire aliò, illaque applicatio ad finem defendendi Imperatorem, & sic in verbo præcedenti verificatur actio, agentisque finis, & ideò verbo sequenti rectè explicatur finis ipsorum militum, ad quem s. finem ibi morabantur.

Qua-

Quare ſupinum non ſignificat tempus.

96 SVpinum non ſignificat tempus, quia non dicit actionem, ſed tantum explicat finem operantis: omne n. operans habet directionem ad aliquem finem. Vndè illud: *omne agens propter finem*: & propterea eſt ipſum infinitum in nomen (43.)

Intercedente alio agente.

97 SVpinum explicat etiã finem præcedentis agentis, dummodo vtrumque agens verificetur tendens ad eundem finem e.g. Cæſ. *legatos ad Cæſarem mittunt rogatum auxilium*: vbi præter principales agentes, qui s. mittunt rogatum id auxilium, intercedunt ipſi miſſi, qui s. hoc auxilium rogatum eunt. Plaut. ſtultitia eſt ducere *venatum* inuitas canes: vbi explicatur finis illas ducentium. Sal. neque vos *vltum* iniurias hortor: vbi explicatur finis hortantis.

Huc ſpectant ly grammaticorum *dare venum*: *dare nuptum*, &c. quia præter dans, intercedit, & datarium. e.g. dedi meas veſtes venum, i. dedi meas veſtes e.g. tibi fine, vt veneant, i. vt vendantur abs te. Ter. datur ne hodie illa Pamphilo nuptum? *darasſi ella hoggi à Pamfilo in Moglie?* i. traditur ne hodie illa Pamphilo fine, vt illa ſe nubat ipſi Pamphilo? ſufficit n. tantum finis principalis agentis.

Supinum quibus verbis adhæret.

98 FInis operantis, ſeu agentis apparentior patet in verbis motus *ad*: vndè grammatici docent ſupinum in *um* adhærere tantum verbis motus *ad*: ſed:

hæc eorum regula est restrictiua; integra n. doctrina est. quod supinum semper habet locum, quoties accidit, explicari finem operantis, e.g. Sal. ne parcendo malis, bonos *perditum sitis*, i. hortor vos ne parcatis malis, ne parcendo malis sitis *perditum* bonos: vbi finis ne perdantur boni, adhæret mihi hortanti. Cæs. milites Regis Hispaniæ sunt defensum Imperatorem.

Eo is annexum supino, significat studium, coalescitque in vnum verbum cum ipso supino.

99 SÆpè supino annectitur verbum motus, e. g. *pergo pergis*; præcipuè verò *eo is*, non ad significandum motum corporis, i. itionem, ac perrectionem corporalem, sed ad significandum studium mentis in ipsa actione; i. itionem, ac perrectionem mentalem; quia studium nihil aliud est, quàm mentis vehemens applicatio, itio, perrectio, cogitatio.

Vndè supinum non solum significat finem agentis; sed sæpè etiam studium actionis; e.g. Tac. contumelias *vltum ibat*, i. cogitabat, studebat, machinabatur, conabatur, moliebatur, inuestigabat vlcisci. Agel. Marcus Cato fidelissimos socios *defensum conseruatúque* pergit, i. defendere, & conseruare studet. Curt. (lib. 9.) Melagri temeritatem armis *vltum* ire decreuerat, i. decreuerat studiosè, ac omni conatu vlcisci. Liu. Vitricus tuus vitam tuam perditum ire properat, i. properat omni studio, ac conatu perdere vitam tuam.

Et quia mens, & corpus sunt vnum compositum, ideò ipsum verbum *eo is*, & ipsum supinum coalescunt

in

in vnum; & quia actio mentalis est dignior actione corporali, & dignius trahit ad se minus dignum (lib. 8. reg. 1.) hinc ipsum supinum concipit naturam actiuam, vel passiuam ab ipso verbo, quod ei annectitur; itaut, si ipsum verbum est passiuum, & ipsum supinum est passiuum, si verò ipsum verbum est actiuum, e.g. Cat. (lib. 10. cap. 14.) vt in hac contumelia, quæ mihi factum itur, i. quæ studiosè cogitatur mihi factum, seu fieri. Ter. qui postquàm audierat non datum iri filio Vxorem suo, i. studiosè non dari. *Che non si darebbe moglie à suo figlio studiosamente: cioè, che haueriano sposato con inuestigationi*. Cic. hi arbitrabantur, se beneficos in suos amicos *visum iri*, si eos locupletent quacunque ratione: *che veramente parrebbero, &c.* i. magna applicatione mentis videri) Id. Cic. deinde cæteros à virtutis studio *repulsum iri*, i. studiosè, ac omni conatu repelli.

Quod supinum studij, occurrit sæpè adhiberi infinitè, & tunc ipsum verbum adiectum *ire*, & *iri* (quia significat studium) conuertitur in aduerbium *studiosè*, vel aliud æquale; & ipsum supinum conuertitur in infinitum præsentis, e.g. Cic. quod scribis te ipsum putare me attractum iri, si de pace agatur, i. studiosè attrahi: *che io venghi da persuasioni tratto*. Id. Cic. si illud concedatur, illud non concessum iri oportet: dixit *concessum iri*, & non *concedi*, ad ostendendum ipsum studiosum actionis; i. ipsum conatum, ac studium in ipsa actione non concedendi: *concedendosi l'vna cosa, bisogna pensarci molto bene à non concedersi l'altra.* Id. Cic. (lib. 15. 3.)

3.) cuius literis omnia certiora *perlatum iri* ad senatum putabam: dixit *perlatum iri*, non *perferri* ad ostendendum studium, ac diligentiam in hac actione perferendi: *che tutte le cose si riportassero al senato molto chiare con ogni diligenza.*

Et quia 6. receptaculum, licèt habeat vocem præsentis; tamen comprehendit quodcunque futurum; ideò hoc supinum, licèt semper sit vocis præsentis, tamen per vulgare futuri explicari potest, e.g. putas me attractum iri, *pensi che io venghi tratto, pensi, che io verrò tratto.* Putabam omnia perlatum iri *che fossero riportate: che si riportassero: che sariano state riportate &c.*

An infinitum supinum adhibeatur pro infinito simplici.

100 Aliqui docent supinum in *um* adhiberi pro simplici infinito, e.g. Ter. (Phor. act. 2. sc. 3.) egone tuam expetam amicitiam? aut te *auditum*, aut *visum* velim? (pro audire, & videre) Id. Ter. (Adel. a. 3. sc. 2.) adolescenti morem *gestum* oportuit, (pro gerere.) Id. Ter. huic mandes quod quidem rectè *curatũ* velis? qui te ad scopulum è tranquillo inferat: (*curatum*, pro *curare*.)

Mihi verò non probatur supinum adhiberi simpliciter pro simplici infinito; quia, cum supinum sit vox clausa, nisi verificetur claudere finem agentis, mihi videtur illud intelligendum saltem includere studium actionis, e.g. *curatum*, pro studiosè, accuratè, diligenter, attentèque curare, & sic de cæt. si huiusmodi voces essent supinum.

Huius-

Huiusmodi tamen voces existimo non esse supinum, sed nomen perfectum pro infinito adhibitum; e. g. huic mandes, quod quidem rectè curatum velis? *che sia ben custodito: che si custodischi: custodire*: vide rationem huius rei n. 65. §. 5. & 6. quò te remitto.

Qui modus loquendi facilè reperitur cũ verbis necessitatis, & desiderij, vt *oportet*, & *volo* ex ratione ibi explicata, e. g. Ter. mansum oportuit, i. oportuit maneri, seu manere *bisognò che si fosse restato: bisognò restarsi: bisognò restare: fu necessario il restare*. Plaut. reditum oportuit, i. redire, seu rediri: *bisognò, che si fosse ritornato: che si ritornasse: bisognò ritornare: fu necessario il ritorno*.

Quæ locutio mihi videtur subtilissima, & consequẽter elegantissima: sed multæ pulchræ formulæ loquendi amittuntur ex defectu intelligentiæ: sicut n. quod non manditur, non gustatur, sic quod non intelligitur, non placet.

SVPINVM IN V non datur

Actionale est duplicis significationis.

101 VT dictum est (lib. 8. reg. 2. §. 5. quò te remitto) ab õnibus verbis importantibus actionem, formatur nomen actionale: quod est duplicis significationis, actiuæ s. ex parte agentis, & passiuæ ex parte patientis: nomen autem actionale, vel est in *io* declina-

clinationis tertiæ, vt e.g. visio visionis; auditio nis, gustatio nis; odoratio nis; tactio nis; motio nis; cultio nis; redditio nis; reditio nis; cubatio nis; memoratio nis; obsonatio nis; positio nis; dictio nis; & sic de cæt.

Vel est in *vs*, declinatio nis quartæ, e.g. visus visus; auditus tus, gustus tus, odoratus tus, tactus tus, motus tus, cultus tus, redditus tus, reditus tus, cubitus tus, memoratus tus, positus tus, dictus, tus, & sic de cæt.

Actionalis in vs adhærentia.

§ 2 Nomen verbale actionale in *vs* frequentius adhæret adiectiuis, *mirabile, facile, difficile*, fas, nefas, opus, (lib. 7. n. 29 § 6.) *lepidum, iucundum, absurdum, arduum, acerbum, asperum, crudele, incredibile, credibile, dulce, durũ, fœdum, graue, horrendum, infandum, vtile, inutile, turpe, mirum, molestum, necessarium, nefandum, obscenum, optimũ, pessimum, pulchrum, rarum, speciosum, suaue, terribile, dignum, indignum*, & similibus; præcipuè cum verificantur agi.

Adhæret in septimum casum partis.

§ 3 Quod actionale adhæret adiectiuis ferè semper in septimum casum partis (lib. 7. n. 118.) e.g. hoc flumen est periculosum transitu; i. quod ad transitum attinet, *di passaggio pericoloso*: qui septimus casus verbalis actionalis, adhærens adiectiuis, elegantius explicatur per verbum, e.g *pericoloso à passarsi. pericoloso à passare*, i. periculosum transiri, periculosum, vt transeatur: periculosum, vt illud transeant.

Vbi

Vbi adest datiuus exponitur ad libitum, vel in nominatiuo, vel in ablatiuo.

§4 Adiectiuis, quibus hoc nomen actionale adhæret, verificatur ferè semper datiuus. Qui datiuus semper verificatur agens, & quia agens locatur ad libitū, vel in nominatiuo, vel in ablatiuo, & quia agens rectius (lib.7.n.13.) loquendo, locatur in nominatiuo; ideò huiusmodi locutio per nomen actionale, rectius exponitur actiuè; e.g. Virg. nec *visu* facilis, nec *dictu* affabilis vlli, *ne di vista facile, ne di dire dicibile ad alcuno*, quem s. vllus facilè audit, nec affabiliter dicit. Sall. quæ quisque sibi facilia *factu* putat, æquo animo suscipit: *di facimento facile à se*: expone actiuè, *quæ quisque putat facilia, vt ipse faciat* rectius; quàm passiuè, *quæ quisque putat facilia, vt fiant à se.*

Si datiuus subintelligitur generaliter potius passiuè, si verò signanter, potius actiuè fit expositio.

§5 Vbi verò datiuus non exprimitur, ibi vel subintelligitur generaliter; ac confusim, & expositio solet verificari potior passiuè e.g Ouid. ecce nefas dictu: *ecco cosa di vista nefanda: cosa nefanda à vedersi*: vel datiuus subintelligitur particulariter, ac signanter; & tunc expositio solet verificari potior actiuè; e.g. Cic.(1.1.) difficile *dictu* est de singulis: hìc si intelligatur, quòd difficultas dicendi erat ipsi Ciceroni, tunc tempori scribenti, expositio fit; difficile est, vt dicam de singulis: *mi è difficile dire di tutti vn per vno*: si verò hæc difficultas intelligatur etiam alijs, potius exponitur: diffi-

cile

cile est, vt dicatur: *è egli difficile à dirsi di*, &c.

§6 Verum. quia ipsum nomen actionale est suapte natura tam actiuæ, quàm passiuæ significationis, & siue agens ponatur in nominatiuo, siue in ablatiuo, significatio semper est eadem; ideò ferè semper ad libitum, vel actiuè, vel passiuè exponi potest.

Actionale expone per nomen.
& abest difficultas.

§7 Quia huiusmodi nomen verbale actionale in *us*, per nos Italos exponitur per verbum; hinc oritur difficultas, quando nam sit exponendum passiuè, & quandonã actiuè; sed illud expone per nomẽ, & nõ generatur difficultas, e.g. pueri sunt faciles deceptu: *di gabbamento facili*. Val. Max. digna imitatu, *d'imitatione*. Virg. digna, atque indigna *relatu* vociferas: *di relazione*: di *riferimento*. Id. Virg. (1.447) fore bello--- egregiam, & facilem *victu* per secula gentem; *eccellente, e facile al* (*lib.7.n.111.*) *vincimento: alla vittoria: al vincere*, hoc vltimum exemplum est intelligendum actiuè: *gente eccellente, e facile à vincere, mentre il mondo sarà mondo*: exẽpla verò antecedentia sunt intelligenda passiuè, *li figliuoli son facili ad essere gabbati.*

Quid si patiens est indirectum.

§8 Plin. terribilis occursu, i. terribilis, vt ei occurratur: ergò etiam cum patiens non sit directum, habet locum hæc constructio, per nomen actionale; & præter auctoritatem, adest etiam ratio, quia huiusmodi vox in *u*, licèt explicetur per verbum; tamen re vera,

est

est nomen; ergò dicendo, e.g. *tu es dignus auxiliatu*, est idem ac, *tu es dignus auxilio*.

Vbi ergò occurrit, locutionem non posse fieri passiuè per verbum, fiat per nomẽ actionale, vel eius æquale; e.g. *tu sei degno d'essere seruito da tutti*. Tu es dignus seruitu omnium, vel seruitute omnium: *tu non meriti essere aiutato da me*: tu non meres auxilium meum: vel auxilium à me, & sic de cæt.

An recipiat ablatiuum agentem post se.

§ 9. Hæc locutio per nomen verbale, non videtur recipere post se ablatiuum agentem, & ratio est, quia ipsis adiectiuis (§. 4.) agens verificatur in datiuo, e.g. *li figliuoli sono facili ad essere gabbati dalli Vecchi*: pueri sunt faciles deceptu senibus: i. sunt senibus faciles deceptu.

Adiectiua verò *dignum*, & *indignum*: quia eis datiuus non intelligitur validè; hinc æxistimo posse dici, e.g. tu es dignus obseruatu à me; quatenus s. hæc obseruatio oritur à me: vel potius dic, tu es dignus obseruatu meo: obseruatione mea: obseruari à me: es mihi obseruandus, es dignus, quem ego obseruem, tu es à me obseruandus, &c.

Verbale in us quare adhæret verbis motus de, *& non* ad.

§ 10. Quia huiusmodi septimo casu, non potest significari finis, ideò non potest adhærere verbis motus *ad*, e.g. *io son venuto quà per essere stimato*: non conuenit dici, *veni huc æxtimatu*; quia non conuenit dici, veni huc æxtimatione: ergo dic, e.g. veni huc, vt extimer, ad mei æxtimationem: causa mei æxtimationis: causa æxtimari: æxtimari, &c.

Ver-

Verbis verò motus *de* adhæret: quia hic nomen conuenit, e.g. *redeo venatu*, i. *redeo à venatione*.

Sed quid si hic vulgare est passiuum, e.g. *io torno da essere insegnato*: dic, e.g. redeo ab instructione mei, vel ab instructu mei: *vengo da insegnare, è da essere insegnato*, venio ab instructione mea, & mei: (lib. 7. n. 34.)

Verbale adiectiuorum mutari potest in infinitum.

§ 11 Vbicunque adhibetur ipsum nomen actionale passiuè super adiectiuis, ibi rectè adhibetur infinitum passiuum, e.g. Virg. erat tum dignus amari. Quint. lyricorum Horatius ferè solus legi dignus. Val. Max. ardua imitari, cognosci vtilia. Plin. facile concoqui: sed cum ipsis adiectiuis frequentius adhibetur ipsum actionale in *us*, e.g. Ouid. *turpe dictu*, frequētius, quā, *turpe dici*.

Si actionale venit à verbis absolutis, interpretatur tantum actiuè.

§ 12 Cum hoc actionale in *us* formetur à verbis absolutis, interpretatur tantum actiuè; quia verba absoluta non habēt patiens, sed agens tantum e.g. Plin. vuæ forenses celeres *prouentu*, i. prouentione, *preste à venir fuori: cioè primiticcie*. Liu. fœdum exitu (lib. 7. n. 118) *di brutto fine*. Id. Liu. difficile migratu: *difficile a mutar stanza*. Ter. prodigium *euentu* mirabile, *di mirabile successo*. Sen. periculosum ingressu forum: *l'entrare alla corte è periculoso*. Tac. Cæsar rarus egressu, *esce di rado*, i. quod attinet, spectat, pertinet ad egressum,

For-

Formatio supini in u, à grammaticis.

§ 13 Grammatici communiter dant supinum in *v*, docentque formari à supino in *um* abiecto *m*, eg. *amatum* ablato *m*, remanet *amatu*, & docent formari ab illis verbis, quæ regunt accusatiuum; sed licèt huiusmodi formatio hìc non fallit; tamen quod ipsi appellant supinum in *u*, est septimus casus nominis actionalis in *us*, e.g. visus, visus, visui, visum, *visu*. Quod nomen non solum formatur à verbis regentibus accusatiuum, sed à quolibet verbo importante actionem, licèt non haberet alios casus; quia multa sunt nomina, quæ propter malũ sonũ, nõ habẽt supinũ sed quoties est elegans e.g. *amatũ, præliatũ*, &c. est & elegãs *amatu, præliatu*, &c.

Non datur supinum in u, *& probatur.*

§ 14 Grammatici communiter dant supinum in u, ego verò miror etiam atque etiam, omnes lapsos fuisse in hunc errorem manifestissimum. Docentque supinum in *um* esse significationis actiuæ, & supinum in *u*, esse significationis passiuæ, quibus respondendo dico, quod ideò datur supinum in *um*, quia infinitum præsentis clauditur ad includendũ finem agentis, studiũq; actionis; e.g. *eo amare*: vel potiùs clauditur & dicitur, *eo amatum*; *eo videre*, vel potius, *eo visum*; sed vox in *u*, est uox apertissima, & consequenter, hìc non adest ratio correspondentiæ ad significandum finem passiuè, sicut re ipsa nunquã inuenitur huiusmodi voces significare finem; ergò &c.

§ 15 Probatur secundò, non dari supinum in *u*, quia si da-

si daretur supinum in *u*, necessariò sequeretur, quod sicut activè dicitur, e.g. *eo amatum* pro *eo amare*, *eo visum* pro *eo videre*: sic passivè diceretur, *eo amatu*, pro *eo amari*, *eo visu*, pro *eo videri*: sed hoc non admittitur, ergò supradictæ voces in *u*, non sunt supinum in *u*, sed semper sunt nomina verbalia in *us* quartæ coniugationis; & id, eò clarius constat; quia si essent supinum in *u*, sicut passivè dicitur e.g. *eo vapulatum*; *misi meas oves ad nundinas venum*: sic diceretur, *eo verberatu*; *misi meas oves ad nundinas venditu*: sed hoc non admittitur, ergò quid hac claritate clarius?

§ 16 Probatur tertiò, quod si supradictæ voces in *u*, essent supinum in *u*, & non nomen verbale, non reciperent præpositiones, sed supradictæ voces in *u*, non solum recipiunt præpositiones, verum & adiectiuum, e.g. Agel. (lib. 17.) eos versus *assiduo contēplatu* dignos puto: *i. assidua contemplatione*. Quint. vox *in perceptu* difficilis: i. in perceptione. Varr. cum redierit è *pastu*? Ovid. neque ipse reduco *à contemplatu*. Stat. quem tunc *venatu* rediturum in limine primo opperiens: & c.

§ 17 Docetur tandem, & probatur supradictas voces, non esse supinum in *u*, sed semper nomina verbalia quartæ coniugationis, quia semper possunt ad libitum mutari cum nomine actionali in *io*, e.g. *visu*, vel *visione*, *contemplatu*, vel *contemplatione*: (vide supra in principio huius numeri 100.)

Qua

Quare actionale explicatur per verbum; & tam actiuè, quàm passiuè.

§18. Quia ipsum nomen actionale importat actionem, & passionem; actionem s. ex parte agentis, & passionem ex parte patientis (lib. 7. n. 34.) ideò ad libitum explicatur per verbum, tam actiuè, quàm passiuè, e.g. hoc flumen est periculosum transitu, i. *transitione*, vt illud s. aliquis transeat, vel *transiri*, vt illud s. ab aliquo transeatur: *è periculoso à passarlo: à passare: à passarsi*, i. est periculosum transitione: *è di passamento: di passare: di passaggio periculoso*. Sed solet explicari per verbum; Italus n. magis delectatur verbo, Latinus verò magis delectatur nomine. Plaut. opus erit promptu, i. promptione. Cic. hoc fas est dictu. Plin. abies hilarior intuitu: *di guardatura molto allegra*. Agel. voces neque dictu, profatuque insuaues.

motus ad, & de.

Et quia hoc nomen verbale actionale in *u*, non conuenit verbis motus *ad*, ideò huiusmodi voces in *u*, ibi nunquam reperiuntur adhibitæ; sed si conueniret dici e.g. *eò visione*, diceretur *eò visu*; quia eæ duæ voces nihil differunt inter se significatione.

Hic tamen aduertendum est, quod licèt hæc duo nomina actionalia in *vs*, & *io*, significatione sint idem; tamen cum adiectiuis, quibus subintelligitur datiuus, plus leporis habet actionale in *us*, quàm actionale in *io* e.g. hoc est turpe dictu; s. mihi, tibi, omnibus, &c. & forsitan nunquam est adhibitum actionale in *io*.

P Adie-

Adiectiuis *dignum*, & *indignum*, vix subintelligitur datiuus; & cum adiectiuis quibus non subintelligitur datiuus, vtrumque solet habere leporem, e.g. hæc res est digna contemplatu, vel contemplatione.

Cum verbis verò motus *de*, plus leporis solet habere actionale in *io*, quàm actionale in *us*, e.g. potius *redeo ab aratione*, quàm *ab aratu*.

Hìc considerandum est etiam sonus; quia sæpè alterum verificatur in suaue, & vt tale est euitandum, e.g. *redeo à pastu*, & vix *à pastione*, quia *pastus pastus* videtur sauius, quàm *pastio nis*.

Grammatici communiter docent supinum in *um*, adhærere verbis motus *ad*, si daretur supinum in *u*, sequeretur in correspondentiam, quod sicut supinum in *um*, adhæret verbis motus *ad*, actiuè, sic supinum in *u*, adhæreret verbis motus *ad*, passiuè; sed hoc non admittitur: quid ergò eo errore manifestius ab omnibus secuto? ergò verissimum illud dictum Senecæ; *nil magis præstandum est, quàm ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes, non quà eundum, sed quà itur; atqui nulla res non maioribus malis implicat, quàm quod ad rumorem compellimur; optima rati ea, quæ magno assensu recepta sunt: quorum exempla multa sunt; nec ad rationem, sed ad similitudinem viuimus*.

F I N I S.

NON sine maximo mei animi dolore perlegi hoc opusculum tot erroribus in ipsa sui editione vitiatum Quorum aliquos dumtaxat correxi, relinquens appatentiores lectoris benignitati, eiusque calamo. Qui litterarum compositor inter alia, multa puncta adiūxit in fine linearum, post particulas, *hinc, imò, sed, quia*, & similes, quę adhærent capitulis subsequentibus. Primo numero innuitur pagina, secundo numero innuitur linea.

18. 10. *legge quod ens.*
22. 2. *l. vbi.*
31. 7. *l. per fianco*
31. 14. *l. passiuus, & possessiuus.*
31. 16. *post, Deus, l. redimet, prouidentia Dei quā s. s. Deus prouidet.*
33. 2. *l. nihil aliud.*
33. 19. *l. possessiuus.*
34. 1. *l. præstantis.*
34. 11. *l. alia substantia est.*
35. 28. *post (postponenda) l. adiunctiua sunt postponenda ac adiungenda.*
36. 6. *l. proprietatem.*
37. 13. *l. Crumena.*
40. 21. *l. vniuscuiusque.*
41. 10. *l. per.*
46. 3. *l. venustum.*
46. 14. *l. intimitas.*
47. 26. *post (sub sua) adde singularitate comprehendit omnia sua.*
48. 26 *l. hoc est.*
49. 21. *l. constructio.*
50. 16. *l. vt in tot, in tantū.*
50. 26. *l. concretantur.*
56. 20. *l. amor.*
57. 2. *post, sit idem, adde, ac ipsum nomen verbale e. g. Charitas est idem.*
57. 16. *l. mei amisi.*
58. 23. *l. numerum minorē.*
60. 6. *l. adiunctio.*
60. 14. *l. facere.*
60. 18. *l. Gellius.*
62. 20. *l. dal quale Enea.*

65. 3. l. postidea.
65. 15. l. locutio.
66. 9. post (ac, adde constringunt.
66. 16. post (ac, adde adiunctio.
70. 26. l. accessiuus.
70. 28. l. constrictiuus.
81. 1. l. comuniter.
81. 24. l. duos Nominatiuos.
82. 6. l. subiecta.
82. 13. l. nomina.
82. 28. l. discentibus.
83. 2. l. quod ad.
83. 3. l. vniuscuiusque.
83. 14. l. & maiorem.
87 1. l. contractiui.
87. 12. l. fratre.
95 7. l. replicationem actiuŭ agentis iaculatoriè: e. g. respicere Dominum, vel iaculatoriè respicere ad Dominum: orare Dominum, vel iaculatoriè, orare ad Dominum.
103. 13. l. exitus.
104. 4. l. aperire.
104. 15 l. vque tibi.
110. 16. l. respectiua.
111. 4. l. 6. vel 7.
112. 10. l. 82.
112. 23. l. adiungimus.
113. 1. l. illic.
113. 9. l. Isocrates.
113. 18. l. vnam.
114. 8. l. conceptus.
115. 28 l. teruncij.
118 7. l. obtusis, eod. n. l. nonusis.
118. 24. l. obtinuisti.
120. 1. l. Zoile.
121. 10. l. concordantiam.
122. 16. l. vincitur.
122. 17. l. vinco.
122. §. 6. l. Nomine.
123. 2. l. proprio.
123. 10. l. Tertiarium.
125. 13. post, attensum, adde attentum & hinc melius attentio nis.
127. 26. l. a voci alte.
128. 13. l. comuniter.
129. 9. l. ex eo quia
129. § 8. l. Tertiarium.
131. 2. l. incompta.
135. 8. l. vehementi.

136.

136. 11. l. *generanti.*
136. 23. l. *cantionem.*
142. 28. l. *conuenientiam.*
144. 7. l. *madefactum.*
144. 14. l *auiditatem.*
144. 11. l. *præda.*
147. 11. l. *Hortensi.*
154. 10. l. *quacunq;*
156. 21. l. *præsentibus.*
158. 13. l. *quamuis.*
164. 5. l. *esse.*
165. 22. l. *docti.*
166. 26. l. *ad quod ens.*
167. 12. l. *ne .i.*
169. 19. l. *& agens.*
171. 7. l. *floccipendere.*
172. 2. l. *seu de infinito.*
172. 8. l. *oppresso, & suppresso.*
173. 28. l. *prius.*
177. 4. l. *fructuum.*
189. 20. l. *Plaut. illis conuentis.*
190. 25. l. *discendum.*
195. 14. l. *uectionis.*
197. 5. l. *emporetica inutilis.*
201. 11. l. *describendas.*
201. 13. l. *prepositione.*
205. 11. l. *fatione.*
208. 26. l. *amatis.*
225. 7. l. *transitione.*
224. §. 17. l. *voces.*